Beatus eni. cui⁹ est dñs deus spes eius Et tē bon⁹ israel de⁹. rectis corde. Beatus vir. cui⁹ est dñs de⁹ ipsius. Super oēs est de⁹. Tamē nescio quomodo nō facile q̄lq̄s audet dicere. de⁹ me⁹. nisi q̄ in eū credit et qui eū diligit. ipse dicit deus me⁹. Tuū tibi feci sti: cui⁹ es. hoc amat ipse. Prorsus dulcedine affectus tibi. et secura et pfidenti dilectione dic. deus me⁹. Securus dicis. verū dicis. q̄ tu⁹ est. et nō fecisti vt nō sit alteri⁹. Mō eni sic dicis de⁹ me⁹. quomodo equus me⁹. Equ⁹ eni tu⁹ est. nō equus alterius Tu⁹ ē et deus. et ei⁹ qui sic dixerit de⁹ meus quomodo dicis tu. Singuli dicūt. de⁹ me⁹. ꝛ deus meus. Ille oīm est. cōmuniter oībus se ad fruēdū prebēs. in oībus integer. in singulis integer. Non eni q̄ dicūt deū meum. singuli diuidūt inter se. Si sermo iste quē tacto lingua ꝛ sono cōstans litteris ꝛ syllabis totus ad singulos puenit: nec diuidunt illū iter se qui audiūt. si sermo inq̄t ad aures corporis corporaliter sonās. in ppinquo clari⁹. in lōginquo lāguidius. ab oībus tñ audiētib⁹ totus accipitur. nō inter se syllabati eū diuidētib⁹. sed ab oīb⁹ totū accipiētib⁹: q̄ntomagis ille de⁹ vbiq̄ ꝓsens implēs oia: nō ppinqua clari⁹ et lōginqua languidius. sed ptendēs a fine vsq̄ ad finē fortiter. et disponēs oia suauiter. equaliter possidet ab oībus? lux ista fratres mei. certe corporea de celo fulget. Orit occidit. circuit. de loco in locū mutat. Tamē pcedunt in eā et dirigūtur oīm oculi. et oīm oculi pariter eā possidēt. nō eā tñ diuidūt. Nullus in ea diues limites fixit. nec prior preoccupādo nec videret: oculos pauperis aut exclusit aut angustauit. Dicat paup. de⁹ me⁹. dicat diues. de⁹ me⁹. Min⁹ ille habet. plus hic habet. sed argentū / non deum.

De⁹a multis tot⁹ posidetur: vt vox tota a multis capitur. ¶

Sapi. viii.

Testis eni mihi est de⁹ cui seruio in spū meo in euāgelio filij ei⁹ q̄ sine intermissione memoriā vestri facio semp in oronib⁹ meis: obsecrās si quomodo tandē aliq̄n ꝓsperū iter habeā in volūtate dei veniēdi ad vos. Desidero enim videre vos vt aliq̄d impartiar vobis gr̄e spūalis ad cōfirmādos vos: id est simul cōsolari in vobis p eā q̄ inuicē est fidē vr̄am atq̄ meā. Nolo aūt vos ignorare frēs: q̄ sepe ppos̄ui venire ad vos ꝛ phibit⁹ sum vsq̄ adhuc: vt aliquē fructū habeā

A

in vobis sicut ꝛ in ceteris gentibus gre cis ac barbaris.

Ex libro primo de sermone dñi in mõte.

Jurat apostolus.

EGo aũt dico vobis.nõ iurare oĩno. Justicia phariseoꝝ est:nõ peierare.hãc cõfirmat:q̃ vetat iurare.qõ pertinet ad iusticiã regni celoꝝ.sic enĩ falsũ loqui nõ potest/q̃ nõ loquik:sic peierare nõ potest qui nõ iurat. Sed tñ qm̃ iurat.q̃ adhibet testem deũ:diligẽter cõsiderandũ est.hoc capitulũ.ne cõtra p̃ceptũ dñi apl̃s fecisse videak qui sepe hoc modo iurauit cũ dicit.Que aũt scribo vobis:ecce cozã deo qz nõ mentioꝝ.Et iterũ. Deꝰ et pater dñi nostri iesu xp̃i qui est bñdictꝰ in secula:scit qz nõ mẽtioꝝ. Tale etiam est illud. Testis enĩ michi est deꝰ cui seruio in spũ meo in euangelio filij eiꝰ.quomodo sine interꝫ missione mẽoriã vestri facio semp in oronibꝰ meis Misi forte q̃s dicat tũc habendã esse iurationẽ.cũ per aliq̃d dicik p qõ iurak vt nõ iurauerit qz non dixit p deũ:sed dixit.testis est deꝰ. Ridiculũ est hoc putare.Tamẽ ppter cõtẽtiosos aut multũ tardiores.ne aliq̃d itereſſe q̃s putet:sciat etiã hoc modo apl̃m iurasse dicentẽ.Quotidie mozioꝝ p vestram gloriã.Quapropter qui itelligit nõ in bonis sed in necessarijs iurationẽ habendã: refrenet se q̃ntum potest.vt nõ ea vtak nisi necessitate. cum videt pigros esse hoies ad credendũ qõ eis vtile est credere.nisi iuratione firmẽtur. Ad hoc itaq̃ ptinet qõ sic dicik. Sit autẽ sermo vester.est.est.non.nõ.hoc bonũ est et appetendũ.Qõ autẽ amplĩ est:a malo est. Jd est si iurare cogeris:scias de necessitate venire infirmitatis eoꝝ/q̃bus aliq̃d suades. Que infirmitas. vticq̃ malũ eſt. Vnde nos quotidie liberari depcamur cũ dicimꝰ:libera nos a malo. Itaq̃ nõ dixit.qõ amplĩ est malũ est. Tu enĩ nõ malũ facis:q̃ bene vteris iuratione. Que etsi non bona: tñ necessaria est: vt alteri psuadeas qõ vtiliter suades:sed a malo est illius.

Jurandi apl̃i modꝰ

Jurak nõ dicẽdo ꝓz cetera.

Jurandũ nõ est nisi ĩ necessitate.

Mathe.v.

Juramẽtũ a malo est illius ppt̃ quẽ iurak.

Matthei. vi

B

Sapiẽtibꝰ ꝛ insipiẽtibꝰ debitoꝛ sum:ita qõ in me ꝓmptũ est ꝛ vobis qui rome estis euangelisare.

Ex tractatu ps̃.lxxiii.

Sol et luna quid significant. Eccle. xxvii.

TU fecisti solẽ et lunã. Solẽ spũales.lunam carnales. Adhuc carnalis est:non deseratur.et ipse pficiatur. Tu pfecisti solẽ et lunã. Solẽ:tãq̃ sapientẽ. Lunã quasi insipientẽ. Mã ita scriptũ est. Sapiẽs pmanet sicut sol:stultus aũt sicut luna mutak. Quid ergo? Quia sol pmanet id est qz sapiẽs pmanet sicut sol:stultꝰ sicut luna mutak. adhuc carnalis: adhuc insipiẽs deserẽdus est? Et vbi est. qõ dictũ est ab apl̃o. sapiẽtibus et insipiẽtibus debitoꝛ sum?

Mõ enĩ erubesco euãgeliũ. Virtꝰ enĩ dĩ ẽ in salutẽ oi credẽti:iudeo p̃mũ ꝛ greco.

Ex tractatu ps̃.lxviii.

OBijciebak crimen christianis: hoc ipm q̃ xp̃iani essent. Illa quidẽ gloria erat. Fortes libẽter accipiebant. Et sic accipiebãt: vt oĩno in noie dñi sui nõ erubescerẽt. Operuerat enĩ ir reuerẽtia faciẽ eoꝝ habentiũ frontẽ pauli dicẽtis. Mõ enĩ erubesco de euangelio. virtus enĩ dei est in salutem oĩ credẽti. O paule nõne tu es adoratoꝛ crucifixi? Parũ est inquit inde michi nõ erubescere. Immo hinc solum glorioꝛ. vnde me putat inimicꝰ erubescere. Michi autẽ absit gloriari: nisi in cruce dñi nostri iesu xp̃i per quẽ michi mũdus crucifixus est/ ꝛ ego mũdo Hinc ĝ tali frõti. oppꝛobriũ solum poterat obijci. Mã nec cõfusio poterat esse in conscientia sanata: nec verecũdia in fronte tam libera.

Euãgeliũ nõ est erubescendũ.

Sala.vi.

Confusio nõ est i mẽte sana nec verecũdia i frõte libera.

Justicia enim dei in eo reuelatur ex fide in fidem

C

ITelligik quidẽ fides qua credũtur ea que nõ videnk. Sed tñ est etiã fides rerum.qñ nõ verbis sed rebus ipsis p̃sentibus credik.qõ futurũ est:cũ iam p̃ speciem manifestã se cõtẽplandã pbebit sctis ipa dei sapiẽtia:p quã facta sũt oĩa. de qua fide rerũ lucisq̃ illiꝰ p̃sentate:forsitan ꝓpaulꝰ apl̃s dicit. Justicia enĩ dei in eo reuelak ex fide in fidẽ. Dicit enim alio loco. Nos enĩ reuelata facie gl̃iam dñi speculãtes: in eandẽ imaginẽ trãsformamur a gloria in gloriã.tãq̃ a dñi spũ. Sicut enĩ hic ait de gloria in gloriã:ita et ibi ex fide in fidẽ. De gloria scz euãgelij quo nũc credẽtes illumĩnãtur in gloriã ipsiꝰ incõmutabilis ꝛ manifestate ẋitatis qua tunc cõmutati pfruenk. Ita ex fide verboꝝ quibꝰ nũc credimus qõ nõdũ videmꝰ:in fidẽ rerũ qua in eternum qõ nũc credimꝰ obtinebimꝰ. Scõm sententiã hãc etiã illud dictum est.a iohãne in epl̃a ad parthos. Dilectissimi.filij dei sumus. ꝛ nondũ apparuit qõ erimꝰ. Scimꝰ qz cũ apparuerit:similes ei erimus. qm̃ videbimꝰ eũ sicuti est. Vnde enĩ nunc filij dei sumꝰ.nisi qz dedit eis potestatẽ filios dei fieri credẽtibꝰ in noie eiꝰ. vt videamꝰ in enigmate? Vnde autẽ tũc similes ei erimꝰ.nisi qm̃ vt ipse ait. videbimus eũ sicuti est? Qõ etiã dictũ est. tũc autẽ facie ad faciẽ. Illã ergo fidẽ p̃sentissime veritatis itelligamꝰ.ex fide in fidẽ. Jd est ex fide in qua ministratur deo:in illã fidem vbi fruatur deo.

Fides q̃d sit et qñ.

Ex libro q̃sti onũ euangeliũ.ii.

Fides verboꝛ fides rerum.

ii. Cor. iii.

Sicut scriptũ est iustus ex fide viuit.

D

SCriptũ est. Justus ex fide viuit. Qm̃ nec q̃ bonũ nostrũ iam videmꝰ. vnde opoꝛtet vt credẽdo q̃ramꝰ. Neq̃ ipm recte viuere nobis/ex nobis est: nisi credentes adiuuet et oꝛantes.qui et ipam fidẽ dedit.qua nos ab illo adiuuandos esse credamus.

Viuere recte est nobis a deo.

Joh. iii.

Joh. primo.

Ex libro de spiritu ꝛ lra.

CJdem apl̃s in eadẽ epl̃a in qua vehemens defensoꝛ est gratie.cũ se dixisset grecis ac barbaris. sapiẽtibꝰ et insipientibꝰ debitoꝛẽ.et ideo qõ ad ipsum ptiner et ꝓmptũ esse et his q̃ rome essẽt euãgelizare:nõ enĩ cõfundoꝛ inq̃t de euãgelio. Virtꝰ enĩ dei est in salutẽ oĩ credẽti. Judeo primum et greco. Justicia enĩ dei in eo reuelak ex fide in fidẽ sicut scriptũ est. Justꝰ aũt ex fide viuit. Hec est iustícia dei.q̃ in testamento veteri velata. in nouo reuelak. Que ideo iustícia dei dicik. qõ imptiẽdo eã iustos facit: sicut dñi est salus:qua saluos facit. Et hec est fides.ex qua et in quã reuelak: ex fide scilz annũciantiũ.in fidẽ obedientiũ. Qua fide iesu xp̃i. id est quã nobis cõtulit xp̃s.credimꝰ ex deo nobis esse pleniusq̃ futurũ esse qõ iuste viuimꝰ. vnde illi ea pietate qua solus colendꝰ est:gras agimꝰ. Nec imerito apl̃s ex hoc articulo cõuertik ad eos cum detestatione memoraãdos: q̃ vicio illo qõ superiꝰ cõmemoraui. Leues ꝛ inflati:ac p seipsos velut p inane sublati vbi nõ reꝑescerẽt sed fracti dissilirẽt: in figmenta idoloꝝ tanq̃ in lapides deciderunt. Quia enĩ cõmẽdauerat pietatẽ fidei qua deo iusti ficati grati esse debemus. velut contrarium qõ detestaremur subinferens.

Jdem apl̃s

Hebre. x.

Justitia dei.

Reuelak enĩ (inq̃t) ira dei de celo. super oẽm ipietatẽ ꝛ iniusticiã hoim. eoꝝ qui veritatẽ dei in iiusticia detinẽt. qz quod notũ est dei manifestũ est in illis. Deus enĩ illis manifestauit. Jnuisibilia enĩz

et

ipsi⁹ a creatura mūdi. p ea q̄ facta sūt intellecta conspiciūtur. Sēpiterna quoq; virt⁹ ei⁹ ac diuinitas ita vt sint iexcusabiles. qz cū cognouissēt deū nō sicut deum glorificauerūt aut gr̄as egerūt. sed euanuerūt in cogitationib⁹ suis. et obscuratū est insipiēs coz eozū. Dicētes enī se esse sapiētes stulti facti sūt: et mutauerūt gl̄iam incozruptibilis dei. in similitudinē imaginis cozruptibilis hois. et volucrū et quadrupedū et serpentium. Propter qđ tradidit illos de⁹ in desideria cozdis eoz in immundiciā: vt cōtumelijs afficiāt cozpora sua in semetipsis.

Cognitio veritatis ī gētilib⁹ vnde esse pōt

VIde quēadmodū nō eos dixerit veritatis ignaros: sed qđ veritatē in iniq̄tate detinuerint: z qz occurrebat aīo: vt q̄rere ex vnde illis esse potuerit cognitio veritatis q̄bus de⁹ legē non dederat: neq; hoc tacuit vnde habere potuerint. Per visibilia nāq; creatura: pueniſſe eos dixit ad itelligentiā iuisibiliū creatoris: qm̄ revera si magna ingenia q̄rere perstiterūt: sic iuenire potuerūt. Vbi ergo ipietas? Quia videlicet cū cognouissent deū. nō sicut deū glorificauerūt: aut gr̄as egerūt: sed euanuerūt in cogitationib⁹ suis. Eozū ꝓprie vanitas morbus est. quo seipsos seducūt. dū vident sibi aliq̄d esse: cū nichil sint. Denicq; hoc tumore superbie sese obūbrātes. cuius pedē sibi nō venire deprecat sanct⁹ ille cantator. q̄ dixit. In lumine tuo videbim⁹ lumen: ab ipo lumine incōmutabilis veritatis auersi sūt. z obscuratū est insipiēs coz eozū. Mō enī sapiēs coz q̄uis cognouissent deū: sed insipiēs poti⁹ qz nō sicut deū glorificauerūt aut gr̄as egerūt. Dixit enī homini. Ecce pietas est sapiētia. Ac p hoc dicētes se esse sapiētes. qđ nō aliter intelligēdū est: nisi hoc ipm sibi tribuētes: stulti facti sunt. Jā que sequunt q̄d opus est dicere? Per hāc q̄ppe ipietatē illi hoies illi inq̄; hoies qui p creaturā creatorē cognoscere potuerūt. quo plapsi cū de⁹ superbis resistit. atq; vbi vim ersi: melius ipsi⁹ epl'e cōsequētia docent.

Vanitas gentilium ꝓhorum.

pſ. xxxv.

H

Ex tractatu de ꝑbis apli. Iv. Joh. xiiii

Philosophi cognouerūt deū esse vitā et veritatem sed viā peruenīdi nō inuenerūt

¶ Ait dñs Jesus. Ego sum via. z veritas / et vita. Veritatē z vitā ois homo cupit. sed viā nō ois homo inuenit. Deū esse quādam vitā eternā: imutabilē: intelligibilē: intelligentē: sapiētē: sapiētes facientē: nōnulli etiā hui⁹ seculi philosophi viderūt Veritatē fixam: stātem: indeclinabilē: vbi sūt oēs rationes rerū oīm creaturarū viderūt. sed de longinquo viderūt. Ad illā vero tā magnā et ineffabilem beatificā possessionē: qua veniret via nō inuenerūt. Mā qz viderūt etiā ipsi (q̄ntū ab hoie videri potest) creatorē p creaturā: factorē per facturā. fabricatorē mūdi / p mūdum. Paul⁹ apl's testis est. cui vtiq; debent credere xp̄iani. Ait enī cū de talibus loqueret. [Reuelat ira dei de celo. sup oēm ipietatē z iustitiā hoīm q̄ vitatē i iniq̄tate detinēt]

Ex tractatu. ps. lxxxix.

Ire dī potestatem pauci cognoscunt.

¶ Quis nouit potestatem ire tue. z pre timore tuo irā tuā dinumerare? Valde paucozū hoīm est. inquit nosse ire tue potestatē. qua plerisq; ita magis cū parcis irascēris. vt nō ad irā: sed potius ad mānsuetudinē tuā ptinere itelligāt labor et dolor quo corripis: eruditisq; quos diligis: ne penis excruciētur eternis. Sicut enī legit in alio psalmo. Irrita uit dñm pctōr: p magnitudine ire sue nō exquiret

ps. lxxxix.

Quis q̄ nouit. id ē quot⁹ q̄sq; reperit q̄ nouerit potestatē ire tue. et pre timore tuo irā tuā dinumerare? Quā difficile iuenit q̄ nouerit ita p timore tuo dinumerare irā tuā vt etiā hoc addat et ad eā itel ligat ptinere: qđ nōnullis q̄bus plus irascēris parcere videris? vt p̄sperē pctōr in via sua. z maiora reciplat in nouissimo Potestas q̄ppe humane ire cū corpus occiderit: amplius nō habet quid faciat. Deus vero habet potestatē: et hic punire: et post corporis mortē mittere in gehēnam. Et a paucis eruditis maior eius ira intelligitur. vana et seductoria felicitas implorum.

Ire hoīs potestas. Vana imꝑiox felicitas ira dei est.

¶ Munq̄d dixit eos nō detinere veritatē? Veritatem in iniq̄tate detinēt. Bonū est qđ tenēt. sed malū ē vbi tenent Occurrebat aūt vt diceret ei. Unde illi ipij veritatē tenēt? Nūquid de⁹ ad quēcq; eorum locut⁹ est? Munq̄d legē acceperūt sicut israel popul⁹ p moysen? Unde ergo detinēt veritatem. vel in ipsa iniq̄tate? Sequitur et ostendit.

Ex sermone deverbis euāgelii. lvi.

¶ Quia qđ notū est dei (inquit) manifestū est illis. Deus enī illis manifestauit. Manifestauit illis q̄bus legē nō dedit? Audi quō manifestauit. Inuisibilia enī ei⁹: p ea q̄ facta sūt intellecta ꝓspiciūtur.

Creator ex creaturis noscit.

¶ Vlita sapiēs q̄ fecit mūdū: contēplato mūdo intelligit. Interroga mundū. ornatū celi. fulgorē dispositionēq; siderū: solem / dies efficientē. lunā noctis solatiū. Interroga terrā fructificantē herbis et lignis. aīalibus plenā. hoibus exornatā. Interroga mare ex̄tis natatilib⁹ plenum est. Interroga aerem. q̄ntis volatilib⁹ viget. Interroga oīa: z vide si nō specie sua tanq; voce tibi respōdent. deus nos fecit. hec philosophi nobiles q̄siērūt. et ex arte artificē cognouerūt. Quid ergo? Quare reuelat ira dei sup ipam ipietatē? Qz vitatē in iniq̄tate detinēt. [Dicētes enī se esse sapiētes: stulti facti sūt]

Supbia fecit philosophos insipientes

¶ Quod curiositate inuenerūt: supbia pdiderunt Dicētes se esse sapiētes: donū dei sibi tribuentes: stulti facti sūt. Unde ꝓbas stultitiā eozū? Ostēde apostole. ostēdisti nobis vnde potuerūt peruenire ad cognitionē dei. Qm̄ inuisibilia ei⁹ p ea que facta sūt intellecta cōspiciūtur. Insipientiā ipsoz vnde ostēdis? Audi. Et imutauerūt gloriā incozruptibilis dei. in similitudinem imaginis cozruptibilis hois. et volucrū. et quadrupedū. et serpentiū. Figuras enī istoz aialiū: sibi deos pagani fecerunt. Inuenisti deū. et coluisti idolū. Quomodo sapiēs es? Ista est iniq̄tas simulachroz. in qua iniq̄tate illi vitatē detinuerūt. Quia qđ p creaturā cognouerūt. et qđ p opera dei itellexerūt: in operib⁹ hominū pdiderūt. Mūdus enī: opus est dei. Idolū opus est fabri. Ecce in qua iniq̄tate veritatē tenuerunt. et ad possessionē illā quā viderūt: viā perducentē nō inuenerunt. Christ⁹ autē qz ipse est apud patrē veritas et vita. verbū dei de quo dictū est. z vita erat lux hoīm. qz ergo ipse est apud patrē veritas et vita. et nō habebam⁹ qua irem⁹ ad veritatem z vitā: veniēdo ad nos homo fact⁹: factus est via. Ambula p hoiem: et peruenī ad deū. Per ipsum vadis: ad ipm vadis. Moli q̄rere qua ad illū venias ꝓter ipm. Si via esse noluisset: semp errarem⁹. Fact⁹ est via qua venias. Nō tibi dico: q̄re via. Ipsa via ad te venit: surge et ambula. Ambula morib⁹: non pedib⁹. multi enī bene ambulāt pedib⁹ et male ambulāt morib⁹. Sed aliq̄n ipi bene ambulātes: ꝓter viā currūt. Inuenis hoies bene viuētes: et nō xp̄ianos. Bene currūt sed in via nō currūt. Quāto plus currūt: plus errāt. qz a via recedūt. Si autē tales hoies pueniāt ad viā et tenent viā: q̄ta securitas est. qz bene ambulāt z nō er

Johannis. i

Xp̄s ē via qua pueniſtur ad deum.

Ambulantes bū extra viā errant.

A rant. Si autē nō tenent viā: ꝯtūuis bene ambulēt dolēdum est. Melius est in via claudicare. ꝙ pre ter viam fortiter ambulare.

Ex sermone de ẏbis euāgelii. viii.

¶ Via dñi. Aut nō erat. aut latebat. Ut reueletur nobis vnde dñs exultauit. qz reuelatū est paruu lis: debem⁹ esse paruuli. Nā si voluerim⁹ esse ma gni. quasi sapiētes et prudētes: nō nobis illud re uelat. Quis sūt magni? Sapiētes et prudētes: dicē tes enī se esse sapiētes: stulti facti sunt. Habes re mediū a cōtrario. Si dicēdo te esse sapientē stult⁹ fact⁹ es. dic te stultū et sapiēs eris. Sed dic. dic: ꝛ intus dic: qz sic est vt dicis. Si dicis: noli cozā ho minib⁹ dicere. cozā deo dic. Prorsus qō ad teip sum ptinet. qō ad tua: tenebrosus es. Quid est enī aliud esse stultū: nisi esse tenebrosū in corde? Denī ꝙ de illis sic ait. Dicētes se esse sapiētes: stulti fa cti sūt. anteꝙ hoc dicerēt. ꝺd rursū? Et obscuratū est insipiens cor eoꝝ. Dic qz tu tibi lumen non es. Ut multū: ocul⁹ es. lumen nō es. Quid ꝑdest pa tens et san⁹ ocul⁹: si lumen desit? Ergo dic a te ti bi lumen nō esse: ꝛ clama qō scriptū est. Tu illumi nās lucernā meā dñe. lumine tuo illumiabis dñe tenebras meas. Mee enī: nihil nisi tenebre: tu au tem lumē fugās tenebras. illuminās me. nō a me lumē michi existēs: sed lumē nō pticipās nisi in te [Inuisibilia enim eius per ea que facta sunt intel lecta conspiciūtur.]

Via dñi reuelat̄ puu lis.

Homo nō lumen sed oculus di ci potest. Deꝰ est lu mē illumi nans tene brasbuma nas.

Ex libro de trinitate. xv.

¶ Unde arguūtur i libro sapientie. q̄ de his q̄ vi dētur bona nō potuerūt scire eū q̄ est: neꝙ oper ibus attēdentes agnouerunt artificē: sed aut ignē aut spm̄. aut citatū aerem: aut girū stellaꝝ: aut vio lētā aquaꝝ: aut lumīaria celi: rectores orbis ter rarū: deos putauerūt. Quorū quidē si specie dele ctati. hec deos putauerūt: sciāt q̄nto dñator eorū melior est. Speciei eteni gñator creauit ea. Aut si virtutē et operationē eoꝝ mirati sūt: intelligāt ab his q̄nto q̄ hec cōstituit fortior est. A magnitudīe eni speciei et creature: cognoscibiliter poterit ho rum creator videri. Hec de libro sapiētie ꝓptera posui. ne me fidelīū quispiā frustra et inaniter exi stimet in creatura pri⁹ p quasdā sui generis trini tates: quodāmodo gradatim donec ad mentē ho minis peruenirē. que fisse indicia sūme illius trini tatis: quā querim⁹. cum deum querimus.

Creator melior et amabilior est creatu ris.

B

Ex libro dec uitate di. viii

¶ Uiderūt ergo isti phi quos ceteris non imerito fama atꝙ gloria platos videm⁹ nullū corpus esse deū: et ideo cūcta corpora transcēderūt querētes deū. Uiderūt quicq̄d mutabile est: non esse sūmū deū: et ideo aiam oēm mutabilesꝙ omnes spiritus trāscenderūt. q̄rentes sūmū deū. Deinde viderūt oēm speciē in re quacūꝙ mutabili: qua est quicq̄d illud est: quoquo modo. et qualiscunꝙ natura est: nō esse posse nisi ab illo q̄ vere est. qz incōmutabili ter est. ac p hoc siue vniuersi mūdi corpus a celo vsꝙ ad terram: et quecūꝙ corpora in eis sūt: siue oēm vitā nisi ab illo esse nō posse q̄ simpliciter est. qz nō aliud illi est esse; aliud viuere. quasi possit es se nō viuēs. nec aliud illi est viuere: aliud intellige re. quasi possit viuere nō intelligens. nec aliud illi est intelligere aliud beatū esse: quasi possit intelli gere nō beat⁹: sed qō est illi viuere. itelligere. bea tum esse: hoc est illi esse. Propter hanc incōmuta bilitatē et simplicitatē. intellexerunt eū et oia ista fecisse. et ipm a nullo fieri potuisse. Consideraue rūt enī q̄q̄d est: vel corpus esse vel vitā. melīusꝙ aliq̄d vitā esse ꝙ corpus. speciēꝙ corporis esse sē sibilē: intelligibilē vite. Proinde intelligibilē spe ciem sensibili ptulerūt. Sensibilia dicimus: q̄ visu

Philoso phi cogno uerūt deū nō esse cor poreū nec mutabilez nec abalio esse sed ab illo cuncta esse ꝑduc cta.

Sēsibilia que sunt

tactuꝙ corporis sētiri queūt. Intelligibilia: q̄ cō spectu mētis itelligi possūt. Nulla est enī pulchri tudo corporalis: siue in statu corporis sicut est fi gura: siue in motu sicut est cātilena: de qua nō ani mus iudicet. Qō ꝓfecto nō posset: nisi melior in il lo esset hec species: sine tumore molis. sine strepi tu vocis. sine spacio vel loci vel tpis. Sed ibi quo qꝙ nisi mutabilis esset: nō ali⁹ alio melī⁹ de specie sensibili iudicaret. meli⁹ ingeniosior ꝙ tardior. me lius peritior ꝙ imperitior. meli⁹ exercitatior: ꝙ mi nus exercitatus. Et idēipse vn⁹ cū ꝓfecerit: meli⁹ vtiꝙ postea ꝙ prius. Qō autē recipit maius ꝛ mi nus: sine dubitatione mutabile est. Unde ingenio si et docti et in his exercitati hoies facile college runt nō esse in eis rebus primā speciē. vbi mutabi lis esse cōuincit. Cū igit in eoꝝ cōspectu ꝛ corpus et anim⁹ magis minusꝙ speciosa essent: si aūt omi specie carere possent: oīno nulla essēt: viderūt esse aliq̄d vbi ꝑma esset ꝛ incōmutabilis species ꝛ ideo nec cōparabilis. atꝙ ibi esse rerū ꝓncipiū rectissi me crediderūt. qō factū nō esset: ex quo cuncta fa cta essent. Ita qō notū est dei manifestauit eis ip se. cū ab eis inuisibilia ei⁹ p ea q̄ facta sūt intellecta ꝓspecta sūt. sēpiterna quoꝙ ei⁹ virtus ꝛ diuinitas. a quo etiā visibilia et tēporalia cūcta creata sunt.

Intelligi bilia q̄ sūt.

C

Ex libro de trinitate. iiii

¶ Philosophos nec illos pfulere debem⁹ q̄ crea torīs eternitatē in quo viuim⁹. mouemur et sum⁹ q̄ntū potuerūt intellexerūt. qz p ea q̄ facta sunt co gnoscētes deū. nō sicut deū glorificauerūt aut gra tias egerūt: sed dicētes se esse sapiētes. stulti facti sūt. Et cū idonei nō essent in eternitatē spirital' in cōmutabilisꝙ nature aciem mētis cōstāter infige re: nec ad illud quidē digni habiti sūt vt eis ista p fectōs angelos nūciarētur. siue forinsecus p sēsus corporis: siue interioꝝib⁹ reuelationib⁹ in spū ex pressis. sicut patrib⁹ nr̄is vera pietate ꝓditis: hec demōstrata sūt. Qui ea predicētes. et vel de ꝓsen tib⁹ signis. vel de primis rebus ita vt ꝓdixerant factis fidē faciētes: auctoritatē cui de longe futu ris vsꝙ in seculi finē crederet habere meruerunt.

Philoso phi cur in digni co gnitōe dei

¶ Quidā philosophi hui⁹ mūdi extiterūt. et inq̄ sierūt creatorē p creaturā: qz potest inueniri p crea turam euidēter dicēte apl'o. Inuisibilia enī eius a cōstitutione mūdi. p ea q̄ facta sūt intellecta con spiciūtur: sēpiterna quoꝙ virtus ei⁹ et diuinitas. vt sint inexcusabiles. Et sequit. Quia cū cognouis sent deū: nō dixit. qz nō cognouerunt. sed qz cū co gnouissent deū: nō sicut deū glificauerūt aut gra tias egerūt: sed euanuerūt in cogitationib⁹ suis. ꝛ obscuratū est insipiēs cor eoꝝ. Unde obscurat ū? Sequit. et dicit aperti⁹. Dicētes enī se esse sapien tes: stulti facti sūt. Uiderūt quo veniēdū esset. sed ingrati ei / q̄ illis pstitit vt viderent: sibi voluerunt tribuere / qō videbāt: et facti supbi amiserūt / et id qō videbāt. Et cōuersi sūt inde ad idola et simu lachra et ad culturas demoniorū. adorare creatu ram et cōtēnere creatorē. Sed iā isti elisi: ista fece rūt. Et aut elideret̄: superbierūt. Cū aut supbirent: sapientes se esse dixerūt. Hi ergo de quib⁹ dixit. q̄ cū cognouissent deū nō sicut deū glorifica uerūt: viderūt qz per verbū dei facta sūt oia. Nā inueniūtur ista oia et in libris philosophoꝝ ꝛ q̄ vni genitū filiū habet deꝰ p quē sunt oia. Illud potue rūt videre qō est: sed viderūt de longe ꝛ noluerūt tenere humilitatē xp̄i. in qua naui securi pueniret ad id qō longe videre potuerūt. ꝛ forduit eis crux xp̄i. Mare trāseundū est: et lignū cōtēnis? O sapi entia supba: irrides crucifixū xp̄m? Ipse est: quē

Ex tractatu euāgelii. ſm iohan. ti.

Philoso phi ꝓpter supbiā ob scurati sūt.

Philoso phoꝝ libri attestātur deū habe re filium.

Crucs xp̄i humilitas secura na uis.

longe vidisti. Sed quare crucifix⁹ est? Quia lignū tibi humilitatis ei⁹ necessariū erat. Supbia enim tumueras: ⁊ lōge ab illa patria ꝓiectus eras: ⁊ fluctibus hui⁹ seculi interrupta est via. Et qua trāseatur ad patriā nō est: nisi ligno ꝓteris. Ingrate irrides eū qui ad te venit vt redeas? Ipse factus est via. et hoc ꝑ mare. Inde in mari ambulauit. vt ostenderet esse in mari viā. Sed tu quomodo ipse ābulare in mari nō potes: naui ꝓtare. ligno ꝓtare. ¶ Crede in crucifixū. et poteris peruenire.

Christ⁹ factus ē via in mari.

Ex libro ō trinitate. xiii.

¶ Precipui gētiū phi q̄ inuisibilia dei per ea q̄ facta sūt intellecta cōspicere potuerūt: tñ qz sine mediatore. id est sine hoie christo philosophati sunt: quē nec venturū ꝓphetis. nec venisse ap̄lis crediderūt: veritatē detinuerūt sicut de illis dictū est. in iniq̄tate. Nō potuerūt enī in his rebus infimis cōstituti: nisi q̄rere aliqua remedia: p q̄ ad illa que intellexerāt sublimia puenirēt: atq̄ ita in decepto res demones inciderūt. Per quos factū est vt immutarēt gl'iam icoꝛruptibilis dei: in similitudinē imaginis coꝛruptibilis hois: et volucrū: ⁊ quadrupedū: et serpentiū. In talibus enim fozmis etiam idola instituerunt/siue coluerunt.

Phi sine mediatore xp̄o philosophati in deceptores demones inciderūt.

Ex libro de vnico baptismo.

¶ De ipsis gentilib⁹ idoloꝛūq̄ cultoꝛibus. multa vtiq̄ a nobis diuersitate distātib⁹. nichil aliud nobis demōstrat ap̄ls: nisi vt in ipsis quoq̄ ita q̄dq̄ ꝓfectū est coꝛrigamus. vt q̄ fozte rectū est appꝛobem⁹. Nā vtiq̄ idolatras. et q̄ fozte rectū est appꝛobem⁹. Nā vtiq̄ idolatras. et q̄ est grauis⁹ nō tātū cultoꝛes sed etiā institutoꝛes simulachꝛoꝝ redarguebat: vbi ait. Qui cognoscētes deū nō sicut deum gl'ificauerūt aut gr̄as egerūt: sed euanuerunt in cogitationib⁹ suis. et obscuratū est insipiēs coꝛ eoꝛū. Dicētes enī se esse sapiētes: stulti facti sunt: et imutauerūt gloriā incoꝛruptibilis dei in simili tudinē imaginis coꝛruptibilis hois: et volucrū: ⁊ quadrupedū: et serpētium. Talia q̄ppe nouimus fuisse simulachꝛa egyptioꝝ. vbi ⁊ istituta esse multiplicioꝛ multoq̄ ignominiosioꝛ idolatria phibet Nunquid tñ denegauit cognitionē de illis fuisse: ac nō potius cōfirmauit dicēs: cognoscētes deū: nō vt deū gloꝛificauerūt? Si ergo istā cognitionē tanq̄ mendaciū repellere et destruere conaretur q̄ ea in sacrilegis inuenisset: nōne (q̄ absit) veritatis inimic⁹ exist̄eret? Ideoq̄ id q̄ imutauerūt in mendaciū suū. nā ⁊ hic dixit imutauerūt gloriā dei in similitudinē imaginis coꝛruptibilis hois. et volucrū: et quadrupedū. et serpentium. Ubi et romanos et grecos et egyptios qui de sapientie nomine gloriabātur: fecit intelligi.

Egyptioꝝ idolatria.

Philosophi q̄modo mutauerūt veritatē in mēdacium.

¶ Et cōmutauerūt gloriā incoꝛruptibilis dei. in similitudinē imaginis coꝛruptibilis hois. hoc qui dē fit in coꝛde impioꝝ. Nā de⁹ incōmutabilis manet. Neq̄ enī qz et apostolus dixit cōmutauerūt: ideo mutatus est deus.

Ex fmōe de calogi ad populum.

¶ Hermes egyptius quē trismegistū vocant. alios deos esse dicit a sūmo deo factos: alios ab hominib⁹. hoc q̄ audit sicut a me positū est. putat dici de simulachꝛis. qz opera sūt manuū hoim. Et ille visibilia et cōrectabilia simulachꝛa: velut coꝛpoꝛa deoꝝ esse dicit. Inesse autē his quosdā spiritus inuitatos q̄ valeāt aliq̄d: siue ad nocendū siue ad desideria nōnulla cōplenda: eoꝝ a quibus eis diuini honoꝛes et cult⁹ et obsequia deferūtur hos ergo spūs inuisibiles p artē quandā visibilib⁹ rebus coꝛpoꝛalis materie copulare. vt sint quasi aiata coꝛpoꝛa illis spiritib⁹ dicata ⁊ subdita simulachꝛa: hoc esse dicit/deos facere. eamq̄ magnā et mirabilē deos faciēdi accepisse hoīes potestatem. Hui⁹ egyptij verba sicut in nostrā linguā interp̄tata sūt ponā. Et qm̄ de cognatiōe (inq̄t) ⁊ cō

Ex libro decimo octauo. viii

Hermes egyptius.

Deos facere fm trismegistum q̄d sit.

Hermetis verba.

Ara ignoti dei.

Act. xvii.

Apostoli ca regula nō esse violādū bonū quod in p uersis inuenitur.

Ex eodem.

Philosophia q̄ euitari debeat.

Col. ii.

Act. xvii.

a

sortio hoim deoꝝ nobis idicit sermo: potestatē hois o asclepi vimꝝ cognosce. Dñs inqt et pater. vel qō est sūmū: de⁹: vt effector est deoꝝ celestiū: ita homo fictor est deoꝝ q in templis sūt humana primitate cōtenti. Et paulo post. Ita humanitas inqt semp memor nature et originis sue: in illa diuinitatis mutatione perseverat. vt sicuti pater ac dñs vt sui similes essēt deos fecit eternos: ita humanitas deos suos ex sui vultus similitudine figuraret. Erat eni de his de qbus dicit apl'us: qō cognoscētes deū nō sicut deū glorificauerunt aut gras egerūt: sed euanuerūt in cogitationib⁹ suis. et obscuratū est insipiēs cor eoꝝ. Dicētes enim se esse sapientes: stulti facti sunt: z imutauerūt gloriā incorruptibilis dei: in similitudinē imaginis corruptibilis hois. et cetera q cōmemorare longū est Multa qppe talia dicit de vno vero deo fabricatore mūdi: qualia ☧itas habet. Et nescio quomodo illa obscuratiōe cordis ad ista delabit: vt dijs quos cōfitetur ab hoib⁹ fieri: semp velit homies subdi. Nō eni hec ei reuelauerat spūs sctūs sicut ppbetis sāctis: q hec puidētes cū exultatione dicebant. Si faciet homo deos: et ecce ipsi nō sūt dij Et alio loco. Erit in illo die dicit dñs. exterminabo noia simulachroꝝ a terra. et iā nō erit eoꝝ memoria. Ex quo genere et illi erant: q vēturū qō sciebant venisse gaudebant. Qualis symeon: qualis anna: qui mox natū iesum: qualis elizabeth q etiā pceptū agnouit in spū. qualis petrus reuelāte patre dicēs. Tu es xps fili⁹ dei viui. Post multa eni ad hoc ipm redit: vt iterū dicat de dijs quos homines fecerūt: ita loquēs. Qm ergo proaui nostri multū errabāt circa deoꝝ rationē increduli: z nō aiaduertētes ad cultū religionēqꝝ diuinā: inuenerunt artē qua efficerēt deos. Cui inuente adiūxerunt virtutē de mundi natura cōuenientē: eamqꝝ miscētes (qm aias facere nō potuerūt) euocātes aias demonū vel angeloꝝ. eas indiderūt imaginibus sctis diuinisqꝝ mysterijs: p quas idola z benefaciēdi z male: vires habere potuissent. Cōfitetur atqꝝ exprimit causas quare ad ista puentū sit: dicēs pauos suos multo errore z incredulitate z aim nō aduertēdo ad cultū religionēqꝝ diuinā: inuenisse banc artē qua facerēt deos. Nos quidem oportet dicere vel poti⁹ qd agere: nisi qntas possum⁹ dño deo nostro gras. q hec cōtrarijs causis qꝝ instituta sūt: abstulit. Nā quos istituit multitudo erroris: abstulit via ☧itatis. Qō instituit incredulitas: abstulit fides. Qō instituit a cultu diuine religionis auersio: abstulit ad vnū verū deū sctm qꝝ puersio. Neqꝝ eni qz deos homo faciebat: ideo nō ab eis possidebat ipse qui fecerat: qñ in eoꝝ societatē colendo traducebat. Societatē dico: non idoloꝝ stolidoꝝ: sed versutoꝝ demonioꝝ. Nam qd sūt idola. nisi qō eadem scriptura dicit. oculos habēt et nō videbūt. et quicqd tale de materijs licet a fabre effigiatis: tñ vita sensuqꝝ carētib⁹ dicēdū fuit? Sed imūdi spūs eisdē simulachris arte illa nefaria colligati: cultoꝝ suoꝝ aias in suā societatē redigēdo miserabiliter captiuauerāt. Vnde dicit apl's. Scim⁹ qz nihil est idolū. Sed q immolant gētes: demonijs imolāt et nō deo. Nolo vos socios fieri demonioꝝ. Demones itaqꝝ q colūtur in tēplis: per artē nescio quā imaginib⁹ inditi: hoc est simulachris visibilib⁹: qō possunt tanqꝝ demones possūt. vel quasi beneficia pstando magis nocētes qz magis decipiētes: vel aperte malefaciēdo. Nec tamen quelibet horū: nisi qñ et qntū permittūtur alta et secreta dei prouidentia.

Hermes multa ☧a dicit deo

Demones quō ydolatras per simulachrū sibi captiuauerūt.

t. Cor. x.

Watthe. xvi

b

¶ Species membroꝝ quā naturaliter in aiantibus inuentā videre: atqꝝ in nobismetipsis sentire cōsueuim⁹: quanqꝝ vt illi asserūt insignū aliqō fabrefacta atqꝝ eminēti suggestu collocata: cū adorari atqꝝ honorari a multitudine ceperit: parit in vnoquoqꝝ sordidissimū erroris affectū. Vt qñ in illo figmēto nō inuenit vitalem motum: credat numen occultū. Effigiem tñ viuēti corpori simile seduct⁹ forma: et cōmotus auctoritate quasi sapientiū institutoꝝ obsequentiūqꝝ turbarū sine viuo aliquo habitatore esse nō putat. Hinc et mala demonia ad possidēda gentiū simulachra: talis hominū affect⁹ inuitat: quoꝝ presidētiū varia fallacia mortiferi seminātur et multiplicātur errores. Alijs itaqꝝ locis cōtra ista diuine littere vigilāt: ne quisqꝝ dicat cū irrisa fuerint simulachra. non hoc visibile colo: sed numen qō illic inuisibiliter habitat. Ipa ergo numina in alio psalmo eadē scriptura sic dānat. Qm dij gentiū (inquit) demonia: dñs autē celos fecit. Dicit z apl's. Nō q idolū sit aliqd sed qm qō imolant gētes demonijs imolant z nō deo. Et nolo vos fieri socios demonioꝝ. Euident aūt sibi purgatioris esse religionis q dicunt. Nec simulachrū nec demoniū colo: sed p effigiem corporalē ei⁹ rei signū itueor: quā colere debeo. Ita qꝝ iterptātur simulachra: vt alio dicāt significari terrā. Vnde templū solēt appellare telluris: alio mare sicut neptuni simulachra: alio aerē sic iunonis. alio ignē sicut Vulcani. alio luciferū sicut veneris. alio solem. alio lunā. quoꝝ simulachris eadem noia sicut telluris iponūt. alio illud vel illud sidus. vel illā aut illā creaturā. Neqꝝ enim cuncta enumerare sufficim⁹. De quib⁹ rursū cū exagitari ceperint q corpora colant: maximeqꝝ terrā et mare. et aerem z ignē. quoꝝ nobis vsus in pmptu est (nā de celestib⁹ qz nostro ea corpore contrectare ac cōtingere nisi oculoꝝ radijs nō valem⁹: nō ita erubescūt) audēt respōdere. nō seipsa corpora colere: sed q illis regēdis p̄sidēt numina. Itaqꝝ apostoli vna sentētia penā istoꝝ dānationēqꝝ testat.

Extractatu. pſ. cxiii.

Simulachroꝝ ad oratio parit errores

Confutat vanas defensiones ydolatraꝝ pō. xcv.

Veritas quō transmutatur i mendaciū

Qui cōmutauerūt (inqt) veritatē dei i mēdaciū: z coluerūt z seruierūt creature potius qꝝ creatori: qui est de⁹ bñdict⁹ in secula amē. Propterea tradidit illos deus in passiones ignominie.

Nam prioris parte huius sententie simulachra dānauit: posteriore autē interpretationē simulachroꝝ. Effigies enim a fabrefactas appellādo noibus earū rerū quas fabricauit deus: trāsmutant veritatē dei in mendaciū. Res autē ipsas p dijs habēdo et venerando: seruiunt creature potius qꝝ creatori. q est bñdict⁹ in secula. Quis autē adorat aut orat intuens simulachrū: q non sic afficiat vt ab eo se exaudiri putet: ab eo sibi prestari qō desiderat speret? Itaqꝝ hoies talib⁹ superstitionib⁹ obligati: plerūqꝝ ad ipm solem dorsū ponētes: pces fundunt statue quā solem vocāt. Et cū sonitu maris a tergo feriant: neptuni statuā quā p ipso mari colūt: quasi sentientē gemitib⁹ feriunt. Hoc eni facit et quodāmodo extorquet illa figura mēbroꝝ. vt anim⁹ viuēs in sensibus corporis magis arbitret sentire corpus qō suo corpori simillimū videt: qꝝ rotūdū celū. vndasqꝝ diffusas. et quicqd nō eisdē liniamētis formatum conspicit. quibus illa formata sunt que viuentia videre consueuit.

Simulachroꝝ eoruꝫ inkpꝛe tationū reprobatio.

Ex libro de ciuitate di. iiii

¶ Uiderũt hec intelligentiores grauioresq; Romani. sed ꝓtra cõsuetudinẽ ciuitatis q̃ demonicis ritibus fuerat obligata: parũ valebãt. Quia ꝛ ipsi (etiã si illa esse vana sentiebãt) nature tũ rerũ sub vni⁹ veri dei regimie atq; ipio cõstitute: religiosum cultũ q̃ deo debeꝫ exhibendũ putabãt: seruientes vt ait apl's creature potius q̃ creatori. q̃ est bñdictus in secula. Hui⁹ veri dei erat auxiliũ necessariũ. a quo mitterẽtur scti viri et veraciter pij. qui ꝓ vera religione mozerẽtur. vt falsa a viuẽtib⁹ tollerẽtur. Agam⁹ itaq; xp̃iani dño deo nr̃o gras qui has supstitiones per altissimã xp̃i humilitatẽ per apl̃oz p̃dicationẽ. p fidem martyrũ ꝓ veritate mozientiũ: et cũ veritate viuẽtium: nõ solum in cozdibus religiosis: verum etiam in edibus superstitiosis: libera suozum seruitute subuertit.

Per liberam seruitutẽ xp̃ia nozus subuertit xp̃s superstitiones gẽtilium.

Breuis oĩm que aduersus idolozũ cultores siue ĩstitutores supza ab apl̃o dicta sũt: recapitulatio.

Ex libro de natura ꝛ gra

¶ Quia cũ cognouissent deũ nõ sicut deũ glorifi cauerũt aut gratias egerũt: sed euanuerũt in cogitationib⁹ suis. et obscuratũ est insipiens cor eozũ. Utiq; ista obseruatio vindicta et pena iã fuit. Et tñ per hãc penã: id est ꝓ cordis cecitatẽ que fit deserente luce sapiẽtie: in plura ꝛ grauia peccata collapsi sũt. Dicentes enĩ se esse sapientes: stulti facti sunt. Grauis hec pena est: si qs intelligat. Ex hac pena: vide quo ierũt. Et ĩmutauerũt (iquit) gloriã incozruptibilis dei: in simílitudinẽ imaginis cozruptibilis hoĩs: et volucrũ: et quadrupedũ: et serpentiũ. Ista fecerũt ex pcti pena: qua obscuratũ est insipiẽs cor eozũ. Et ꝓpter hec tamen: q̃ licet penalia etiã ipsa pcta sunt: adiũgit et dicit. Propterea tradidit illos de⁹ in desideria cordis eoꝝ: in ĩmundiciã. Ecce quẽadmodũ de⁹ grauí⁹ cõdẽnauit: tradẽs illos in desideria cordis illoꝝ in ĩmũdiciã. Uidete etiã ex hac pena que faciãt. Ut cõtumelijs iquit afficiant corpora sua in semetipsis. Et q̃ pena est ista iniq̃tatis: cũ sit et iniquitas euidẽtius cõmendat dicẽs. Qui trãsmutauerunt veritatẽ dei in mendaciũ: et coluerũt / et seruierũt creature potius q̃ creatori. q̃ est benedict⁹ in scĺa amẽ. Propter hoc (iquit) tradidit illos in passiones ignominie. Ecce quotiẽs vidicat de⁹: ꝛ ex ea dẽ vindicta plura ꝛ grauiora pctã cõsurgunt.

Cecitas cordis in philosophis ẽ pena pcti vñ iguia peccata ceciderunt.

Mã femine (iq̃t) eoꝝ ĩmutauerũt naturalẽ vsum: in eũ vsum q̃ est cõtra naturã. Similiꝫ autẽ ꝛ masculi relicto naturali vsu femine exarserũt in desideriis suis in inuicẽ: masculi in masculos defozmitatẽ operantes.

De⁹ supbã ingratitudinẽ gẽtilium pho⁹ sepe vindicat.

¶ Atq; vt ostẽderet sic esse ista peccata. vt etiam pene sint peccatozũ: etiã his adiunxit.

Et mercedem mutuã quam oportuit erroris sui in semetipsis recipiẽtes.

¶ Uidete quotiẽs vindicet. Eadẽq; vindicta: q̃ pariat: pulluletq; pctã. Adhuc attendite.

Et sicut nõ probauerũt deũ habere ĩ notícia tradidit illos de⁹ in reprobã mẽtẽ vt faciant eaq̃ nõ cõueniũt: repletos oĩ iniq̃tate. malicia fornicatione: auaritia neq̃cia: plenos inuidia homicidio. contẽtione. dolo malignitate. susurrones. detractores. deo odibiles. contumeliosos. supbos. elatos. inuẽtores malozũ. parẽtibus nõ obedientes. insipientes. incõpositos sine affectiõe. absq; federe: sine misericordia. q̃ cũ iusticiam dei cognouissent nõ intellexerũt. quoniã q̃ talia agũt digni sunt mozte: nõ solũ qui ea faciũt: sed etiã qui consentiũt faciẽtib⁹.

De⁹ nõ ĩducit peccatozẽ ad malũ ſz derit digs deseri. Ephe. v.

¶ Ozta sse respõdeat deũ ad ista nõ cogere: sed dignos deseri tãtũ deserere. Si hoc dicit: verissime dicit. Deserti quip̃pe vt dixi luce iusticie. et per hoc ꝓtenebzati. quid pariãt aliud q̃ hec oĩa que cõmemozaui opera tenebzaꝝ: donec dicatur eis si dicto obediant. surge qui dormis. et exurge a mortuis. et illuminabit te chr̃istus?

Ex sermõe b kar. Januarii.

Item Breuis eozundẽ verboꝝ recapitulatio.

[¶ Reuelaꝫ enĩ ira dei de celo sup oẽm impietatẽ.]

¶ Quozũ: nisi et iudeoꝝ et gẽtium: sed ne diceret quare sup impietatẽ gentiũ? nũq̃ enĩ gentes legẽ acceperũt et ꝓuaricatores facti sũt. Recte reuelatur ira dei sup iudeos quib⁹ data est lex: et eã obseruare noluerũt. Gentib⁹ autẽ nõ est data. Intuemini fratres et intelligite. quomodo omnes reos ostẽdit. et oẽs salutis indigere ac mie dei. Reuelatur enĩ ira dei de celo sup oẽm impietatẽ et iniusticiam hoĩm. eozũ qui veritatẽ in iniq̃tate detinent. Uidete quẽadmodũ nõ dixit: nõ habent veritatẽ sed veritatẽ (inq̃t) in iniq̃tate detinent. Et quasi q̃reres dicẽs: quomodo possunt habere veritatem qui legem non acceperunt?

[Quia qõ notũ est (inquit) dei. manifestũ ẽ ĩ illis]

¶ Et quomõ potuit manifestũ esse in illis qõ notũ est dei. qui legẽ nõ acceperũt? Sequit et dicit.

[Inuisibilia enĩ eius a creatura mũdi per ea que facta sunt intellecta cõspiciũtur: sempiterna quoq; eius virtus et diuinitas.]

¶ Utiq; subaudim⁹ intellecta cõspiciuntur? Cur enĩ attendat opera: et nõ querat artificẽ? Attẽdis terrã fructificantẽ? attẽdis mare plenũ aĩalib⁹ suis. attẽdis aerem plenũ volatilib⁹. attẽdis celũ fulgere stellis. et cetera: et nõ queris tãti operis artificem? Sed dicis mihi. Ista video: illũ non video. Ad ista vidẽda cozporis oculos dedit. ad se videndũ mentẽ dedit. Neq; enĩ et aĩam hoĩs vides. Sicut enĩ ex motib⁹ ꝛ administratiõe cozporis aĩam quã nõ vides intelligis: sic ex administratione totius mũdi: et ex regimine ipsarũ aĩarum intellige creatorẽ. Sed parum est intelligere. Nam illi intellexerũt: et vide quid ait apostolus.

Ex attentiõe operꝝ q̃rẽdus est artifex.

Sicut aĩa itelligit ex motibus ꝛ administratione corporis ita de⁹ ex administratione totius mũdi intelligẽdus ẽ.

[Quia cognoscẽtes deũ non sicut deũ glorificauerũt aut gras egerũt: sed euanuerũt in cogitationibus suis. et obscuratũ est insipiens cor eozum.]

Quo merito. nisi superbie? Nam vide sequentia.

[Dicentes enĩ se esse sapientes: stulti facti sunt.]

¶ Nõ enĩ debebant sibi arrogare qõ ille donauerat: nec se iactare ex eo q̃ non a seipsis: sed ab illo habebãt. Qõ illi vtiq; deo reddẽdũ fuit: vt ad hoc tenendũ qõ videre poterãt: ab illo sanarenẽ q̃ derat vt viderent. Si enĩ hoc facerẽt humilitatẽ seruarẽt: et possent purgari: atq; illi beatissime cõtemplationi cohererẽt. Quia vero supbia erat in eis: iterposuit se falsus et fallax et supbus. q̃ eis ꝓmitteret qõ p partes nescio quas supbie purgarẽtur aĩe illozũ. ꝛ fecit cultores demonioꝝ. Inde sacra oĩa q̃ celebrãtur a paganis q̃ valere dicunt ad purgationẽ aĩarũ suarũ. Et audi apl̃m cõsequen

Humilitas dispositio ad purgationẽ mentis ꝛ cõtemplationẽ.

A

ter hec dicentē.qz pro mercede supbie ista recepe runt:quia nō sic honorificauerūt deum vt honorificandus est deus.

[Et mutauerūt gloziam incoꝛruptibilis dei in similitudinem imaginis coꝛruptibilis hominis.]

¶Jam simulachꝛa sūt. Et ista quidē oim grecoꝛum aliarūq; gentiū que similitudinē hoim habēt

Idolatrie apud egyptios superstitio maxima.

Quia vero non est maioꝛ et supstitiosioꝛ idolatria q̄ egyptioꝝ (nā egyptus pfudit mundū figmētis talibus) qualia deinceps dicit apl's. Cū enī dixisset.in similitudinē imaginis coꝛruptibilis homis addidit.et volucrū.et quadrupedū: ⁊ serpentium Nūquid enī fratres in alijs tēplis vidistis simulachꝛū capite canino vel taurino. ceteroꝛūq; aialiū irrationabiliū figmēta? Hec enī idola: egyptioꝛū sūt. Utrūq; enī genus cōplexus:ait apl's.in similitudinē imaginis coꝛruptibilis hois. et volucrum et quadrupedum et serpentium.

[Propterea tradidit illos deus in desideria coꝛdis eoꝛum in immundiciā.vt cōtumelijs afficiant coꝛpoꝛa sua in semetipsis.]

Supbia alia ḡuia pctā parit

¶Hec mala eoꝛū:ex ipietate supbie sūt. Ista .ꝛo pctā qz de supbia sūt:non solū pctā.sed etiā supplicia sūt. Cū enī dicit:tradidit illos deꝰ:iā de vindicta est cuiusdā peccati.vt hec faciant.

[Qui cōmutauerūt veritatē dei in mendacium.]

¶Quid est cōmutauerūt veritatē dei in mendacium? In similitudinē scz imaginis coꝛruptibilis hois.et volucrū.et quadrupedū.et serpentiū? Et ne quisq̄ eoꝛū diceret:nō simulachꝛū colo:sed qđ significant simulachꝛa:subiecit stati. Et coluerūt et seruierūt creature potiꝰ q̄ creatoꝛi. Intelligite prudēter. Aut simulachꝛū enī colūt:aut creaturā.

Cōmutatio veritatis in mendaciū colēdo simulachꝛum.

Qui simulachꝛū colit. cōuertit ꝛitatē dei in mēdaciū. Nam mare veritas est. Neptunꝰ autē: mēdaciū factū ab hoie:cōuersa veritate dei in mēdaciū Homo autē:simulachꝛū neptuni. Sic deꝰ fecit totū veritatē dei in mendaciū. Sed nē dicāt nō colo simulachꝛū:sed solē colo:ideo dixit.coluerūt creaturā potiꝰ q̄ creatoꝛē. Sed ve tibi si amaueris cōditoꝛem.

Ex sermōe secūde epīe Iohannis.

¶Pulchꝛa tibi sunt: sed q̄nto est ille pulchꝛioꝛ q̄ ista foꝛmauit? Intēdat charitas vestra. Ne surrepat vobis sathanas dicēs:qđ solet dicere. Bū nobis sūt in creatura dei. Quare illā fecit deꝰ: nisi vt bene nobis sit:et inebꝛiātur et pereūt:et obliuiscūtur creatoꝛē suū. dū nō tēperātur sed cupide vtūtur creatis.et creatoꝛ cōtēnit. De talibꝰ dicit apostolus. Coluerūt et seruierunt creature potius q̄ creatoꝛi q̄ est benedictꝰ in secula. Nō te phibet deus amare ista:sed nō diligere ad beatitudinē: sed approbare ⁊ laudare. vt ames creatoꝛē. Ergo dedit tibi deꝰ ista oīa. ama illū qui fecit. Plus est qđ tibi vult dare.id est seipsum qui ista fecit.

Creature nō sunt diligēde ad beatitudinez sed vt amek creatoꝛ.

Ex sermone de symbolo.

¶Credimus etiā q̄ sedet xp̄s ad dexterā patris Nec ideo tū quasi humana foꝛma circūscriptū est deū patrē arbitrandū est. Et de illo cogitātibꝰ ipsum q̄ sedere pater dicit flexis poplitibus fieri putādū est:ne in illud incidam⁹ sacrilegiū. in quo execratur apl's eos q̄ cōmutauerunt gloriā incoꝛruptibilis dei: in similitudinē coꝛruptibilis hois. Tale enī simulachꝛū deo nefas est. xp̄iano in tēplo collocare. Multo magis in coꝛde nefariū est (vbi vere templū dei est) si a terrena cupiditate aut q̄ erroꝛe mundet. Ad dexterā ergo intelligēdum est esse dictū:in sūma beatitudine. Ubi iusticia et

Deus non est humana foꝛma circunscriptus.

Sedere ad dexterā dei vel ad sinistrā qđ sit.

pax et gaudiū est:sicut ad sinistrā hedi cōstituenk: id est in miseria: ꝓpter iniq̄tatis laboꝛes atq̄ cruciatus. Sedere ergo qđ dicit deus: nō membꝛoꝝ positionē: sed iudiciariā significat potestatē. qua illa maiestas nūq̄ caret. semp dignis digna tribuendo. q̄uis extremo iudicio multo manifestiꝰ iter hoīes vnigeniti filij dei. iudicis viuoꝛū et moꝛtuoꝛum claritas indubitata fulsura sit.

Sedere in deo significat iudiciariaz ꝓpotestatem.

[Propter qđ tradidit illos deus in desideria coꝛdis eoꝛum in immundiciam.]

¶Dedit illos deꝰ in cōcupiscentias coꝛdis eoꝛū facere q̄ nō cōueniunt. Intendat charitas vestra. Magna res est:magna res agitur. Quid est hoc? Ergo si deus dedit illos in cōcupiscētias coꝛdis eoꝛū facere que nō cōueniūt. ideo facīūt illi mala tanta. Si deus hoc facit vt faciāt que non cōueniunt. qđ ipi fecerūt? Occultū est qđ audisti. dedit illos deꝰ in cōcupiscētias coꝛdis eoꝛum. Ergo fuit cōcupiscētia quā vincere noluerūt.cui traderētur iudicio dei. Sed vt digni haberētur q̄ traderētur Vide quid de illis superiꝰ dixit. Cū cognouissent deū.nō vt deū glorificauerūt aut gratias egerūt. sed euanuerūt in cogitationibꝰ suis: et obscuratū est insipiens coꝛ eoꝛū. Unde? de supbia. Dicentes enī se esse sapientes:stulti facti sūt. Inde iā seq̄tur Tradidit illos deus in cōcupiscētias coꝛdis eoꝛ Quia ergo fuerūt superbi et ingrati. digni habiti sunt. q̄ traderenk in cōcupiscentias coꝛdis sui. Nō ergo frustra dicit apl's.tradidit illos deꝰ in desideria coꝛdis eoꝛū. Quoꝛūdā enī pctoꝝ ꝓpetrandoꝝ facilitas.pena est aliorum precedentiū.

Ex tractatu. pſ. xxi.

Deus quō tradidit philosophos in cō cupiscentias coꝛdis eoꝛum.

Supbi tradunk p̄mo in īmūdiciam: deide ī passiones ignominie et ktio i reprobū sensum.

¶Wala volūtas iā sola pctm̄ est:etiā si desit effectus:id est si nō habeat potestatē. Poꝛro cū volūtas mala potestatē accipit implere qđ intēdit: ex iudicio dei venit.apud quē nō est iniq̄tas. Punit enī etiā isto modo. Nec ideo iuste:qz occulte. Leterū iniqꝰ puniri se ignoꝛat.nisi cū manifesto supplicio senserit nolens. q̄ntū mali sit qđ ppetrauit volēs.hoc est.qđ de quibusdā apl's ait. Tradidit illos deus in cōcupiscētias coꝛdis eoꝛ.vt faciant que nō cōueniūt. Hinc ⁊ dns pilato. Nō haberes (inq̄t) in me potestatē:nisi data tibi esset desuper.

Ex libꝛo de spū et littera

Peccatū cōsistit in solo actu volūtatis.

Joānis.xix.

¶In lris etiā apl'ice videte q̄ scripta sunt in epl'a pauli apl'i ad Romanos. Propterea tradidit illos deꝰ i desideria coꝛdis eoꝛ in īmūdiciā. Item paulopost. Propterea tradidit illos deꝰ in passiones ignominie. Item paulopost. Sicut non ꝓbauerūt deū habere in noticiam. tradidit illos deus in reprobā mentē vt faciant q̄ nō cōueniūt. Et ad Thessalonicēses in epl'a scda ait de quibusdam. Pro eo q̄ dilectionē veritatis nō receperūt vt salui fierēt:ideo mittet illis deꝰ operationem erroꝛis vt credāt mēdacio. vt iudicent oēs q̄ non credidērūt veritati. sed cōsenserūt iniq̄tati. His et talibus testimonijs diuinoꝝ eloquioꝝ: q̄ oīa cōmemoꝛare nimis longū est:satis (q̄tū existimo) manifestatur operari deū in coꝛdib⁹ hoīm ad inclināda eoꝝ volūtates quocūq; voluerit.siue ad bona ꝓ sua misericoꝛdia. siue ad mala ꝓ meritis eoꝝ iudicio vtiq; suo. aliq̄n aperto aliq̄n occulto. semp aūt iusto. Fixū enī debet esse ⁊ īmobile in coꝛde nostro: qz nō est iniq̄tas apud deū. Acp hoc q̄n legitis in litteris ꝛitatis a deo seduci hoīes: aut obtūdi vel obdurari coꝛda eoꝝ.nolite dubitare p̄cessisse mala merita eoꝝ vt iuste ista paterenk ne incurratis in illud salomonis puerbiū. Insipiētia viri violat vias eiꝰ. deū autē causak in coꝛde suo. Gratia vero nō scōm merita dak hoīm. Alioq̄n gꝛa iā non est

Gratia nō datur ꝓpk merita sicut pena ꝓpter demerita.

gratia. Quia ideo gra vocat: qz gratis dat. Si autem potens est: siue p angelos: vel bonos vel malos. siue quocūq; alio modo operari etiā in cordibus malox p meritis eorū. quox malicia nō ipse fecit. sed aut originaliter tracta est ab adā. aut creauit p ppriā volūtatem: qd mirū est si p spm̄ scm̄ operat in cordib⁹ electorū suox bona. q operatus est vt ipsa corda essent ex malis bona?

[Mercedem mutuā quā oportuit errorīs sui in semetipsis recipientes]

Ex libro contra inimicū legis ⁊ pphetarū. i.

¶ Oportuisse qppe / nō est verit⁹ dicere apl's. Vt qui creature poti⁹ q̄ creatori seruierāt: errorīs sui mercedē nō inuiti hec turpia patiēdo: sed libēter faciēdo reciperēt. Judicio scz: nō alicui⁹ hois immūdissimi quē talia delectarēt: sed iustissimi dei. q tradidit eos in passiōes ignominie: vt crimina criminib⁹ vindicent. et supplicia peccantiū non sint tormēta sed incremēta vicioz. Sapiēs aūt cū hec audit: ipam magis i hac vita irā dei timet. qua hō nō patit qs acriter dolet: sed facit qs turpit libet.

Crimina criminib⁹ vindicant

Vindicta quorūdaz criminū ē eorūz augmentum.

¶ Inchoatio est ire futuri iudicij dei: q hic hoies dolores et tormenta patiūtur. et maxime damnū intelligentie veritatis. Sicut dictū est.

[Dedit illos deus in reprobum sensum.]

Ex tractatu p̄s. vi.

Judicij futuri ichoatio est veritatis intelligentie amissio

¶Judei olim vocati ex egypto: liberati in manu potenti per rubrum mare traiecti: per siccum eudentes hostibus insequentibus: carentes manna pasti/de seruitute eruti/ad regnum perducti/tot beneficijs empti in oliua erant: superbiendo fracti sunt. Oleaster contemptibilis per totum mundum erat. Illo totus mundus horrebat siluestri oleastro: sed tamen per humilitatem ibi meruit inseri vnde oliua superbiendo precidi. Audi oliuam superbientem z frangi dignam. Nos de seruitute non sumus nati: patrem habemus Abraham. Respondetur. Si filij Abraham essetis facta abrahe faceretis. Contra id quod dictum est de seruitute non sumus nati: si vos filius liberauerit vere liberitis: liberos vos esse iactatis? Omis qui facit peccatum: seruus est peccati. Quanto ergo mitius homo seruus esses hominis cp peruerse cupiditatis? Illi tamen superbiendo humilem non receperunt vide oleastrum dignum inseri: centurionem illum non de israeliticis sed de gentibus. Domine non sum dignus vt sub meum tectum intres Et dominus. Amen dico vobis non inueni tantaz fidem in israel. In oliua non inueni quod inueni ĩ

Joh̃. viii.

Ibidem.

Watthe. viii

A oleastro. Ergo oliua superbiens precidatur. olea
ster humilis inseratur. Vide inserentem: vide pre
cidentem. Propterea dico vobis: quia multi ab
oriente et occidente venient. Multus veniet olea
ster inserendus in oliua. Et recumbent cum Abra
ham ysaac ⁊ Jacob in regno celorum. Audisti quē
admodum humilis inseratur oleaster. Audi quē
Matthei viii admodum oliua superba precidatur. Filij autem
regni ibunt in tenebras exteriores: ibi erit fletus
et stridor dentium.

Ex li. aduersum iudeos. ¶ Hec siue gratanter siue indignanter audiant
iudei: nos tamen vbi possumus cum eorum dile
ctione predicem⁹: nec superbe gloriemur aduer
sus ramos fractos: sed potius cogitemus cuius
gratia ⁊ quanta misericordia / et in qua radice in
serti sumus vt non alta sapiamus: sed humilibus
consentientes ne bis cum presumptione insultan
do: sed cum timore exultando dicamus. Venite
ambulemus in luce domini: quoniam magnū no
men eius in gentibus. Si enim audierint et obau
dierint: erunt inter eos de quibus dictum est. Ac
Ps. xxxiii. cedite ad eum ⁊ illuminamini et vultus vestri non
erubescent. Si autem audiunt et non obaudiunt:
vident ⁊ inuident: inter eos sunt de quibus dictuꝫ
Ps. cxi. est. Peccator videbit et irascetur: dentibus suis
frendet et tabescet. Ego autem dicit ecclesia chri
sto velut oliua fructifera in domo dei speraui in mi
Ps. li. sericordia dei in eternum ⁊ in seculum seculi. Dicis
ergo fracti sunt rami: vt ego inserar. Bene. Propt
incredulitatem fracti sunt: tu autem fide sta. Noli
altum sapere sed time.

Si enim deus naturalibus ramis non pepercit: ne forte nec tibi parcat.

Ex libro de gra noui te stamēti Ro. viii. H NOn enim accepisti⁊ (inquit apostolus) spiritum seruitutis iterum in timore. Sed idem ipse apostolus oleastro in
serto in oliuam timorem precipit: hoc est gentibus additis radici Abraham ysaac ⁊ Ja
cob vt et ipse fierent israhel. id est pertinerent ad
semen Abrahe: amputatis propter infidelitatis
superbiam naturalibus ramis: qui ignorantes dei
Ro. x. iustitiam ⁊ suam volentes constituere iustitie dei
non sunt subiecti. De his quippe vana elatione tu
mentibus dictum est: q̄ ibunt in tenebras exterio
res: quia iactantes se de semine Abrahe: semē Ab
rahe fieri noluerunt: vt essent filij promissionis: q̄
fidem noui testamenti non receperunt: vbi dei iu
stitia commendatur: suam constituere volētes. id
est tanc̄ de suis meritis ⁊ operibus presidentes:
spreuerunt esse filij promissionis: hoc est filij gra
i. Cor. i. tie / filij misericordie / vt qui gloriatur in domino
glorietur: credens in eum qui iustificat impium.
Hoc est qui ex impio facit pium vt deputetur fi
des eius ad iustitiam et impleatur in eo non quod
postulabat eius meritum: sed quod a domino pro
missum est beneficium. Cum bis igitur agens apo
stolus qui oliue per gratiam inserebantur: dicis in
quit. Fracti sunt rami vt ego inserar. Bene. Pro
pter incredulitatem fracti sunt: tu autem fide sta.
Noli altum sapere: sed time. Dei est enim benefici
Ephe. ii. um: non meritum tuum. Quod et alibi dicit. Gra
tia salui facti estis per fidem et hoc non ex vobis
sed dei donum est: non ex operibus ne forte quis
extollatur. Ipsius enim sumus figmentum crea
ti in christo Jesu in operibus bonis que prepara
Timor gratie. uit deus vt in illis ambulemus. In hoc itaq̄ in
tellectu gratie inest timor de quo dicitur. Noli al
tum sapere: sed time. Timor autem iste alius est non est ille seruilis quem charitas foras mittit. Il
lo enim timetur: ne incidatur in tormentum sup
plicij: isto autem ne dimittatur gratia beneficij.
Quapropter q̄uis fidelibus ad nouum testamen
tum pertinentibus dicat apostolus: quod paulo
ante commemorauit: non enim accepistis spiritu
seruitutis iterum in timore: sed accepistis spiritu
adoptionis filiorum: in quo clamamus. Abba pa
ter. id est vt fides in nobis sit: que per dilectionem
operatur: non tam timendo penam q̄ amando
iustitiam: tamen quia non fit anima iusta nisi par
ticipatione melioris qui iustificat impium: quid
enim habet quod non accepit: non debet sibi tri
buendo quod dei est ita gloriari quasi non ac
ceperit. Ob hoc ei dictum est. Noli altum sapere:
sed time. Et timor iste p̄cipitur etiam his: qui
ex fide viuentes heredes sunt noui testamenti at
q̄ in libertatem vocati. Altum enim sapere dictū
est superbire. Quod alio loco econtrario satis ostē
dit: vbi ait. Non alta sapientes sed humilibus cō
sentientes. Ex hoc quod ait humilibus consenti
entes itaq̄ apparuit nihil aliud se dixisse alta sa
pientes q̄ superbientes. Timor ergo non est in
charitate: quia perfecta charitas foras mittit ti
morem: sed illum seruilem: illum quo cum se quis
q̄ ab opere malo abstinet: pena terretur: non iu
stitia delectatur. Hunc foras charitas mittit quā
non delectat iniquitas etiam si proponatur impu
nitas: non illum quo timet anima ne amittat ip
sam gratiam: p quam in illa factum est. vt iam non
peccare delectet: quo timet ne eam deus deserat:
etiam si nullis dolorum cruciatibus puniat. Hic
timor castus est: non eum eiecit charitas sed adsci
scit. De illo quippe scriptum est. Timor domini
castus permanens in seculum seculi. Nequaquam
istum diceret permanentem: nisi sciens alium qui
non permaneret. Timore itaq̄ casto permanenti
in seculum seculi. non alta sapiēdo: sed humilibus
psentiendo cum timore et tremore suam ipsorum
salutem operentur. Deus est enim qui operatur in
eis et velle et operari pro bona voluntate.

Timor seruilis

Roma. xii.

Timor seruilis a charitate expellitur.

Timor gratie vel filialis cū charitate remanet.

Ps. xviii.

I

Ex sermōe de timore dei. ¶ Noli altum sapere: sed time. Qui enim altum
sapit et ideo non timet: vtiq̄ pernicio se non timet.
Neq̄ enim mitis et pius est qui seipsum in seipso
laudat et amat: sed elatus ⁊ feror non nouit dicere
in domino laudabitur anima mea: audiant mites
et letentur. Quid enim boni amat qui forte hocip
sum propter hoc ipsum amat nihil timere? Po
test enim hocipsum sibi persuadere non sanitate:
sed immanitate. Verbi gratia est aliquis audacis
simus latro q̄to peruerse fortior: tanto periculo
se crudelior: qui propter ipsum amorez suum quo
amat nihil timere ingentia facinora moliatur: vt
quod amat exerceat: et exercendo corroboret: q̄
to eius fuerunt maiora commissa: tanto maior e
rit non timentis audacia. Non ergo hoc pro ma
gno bono amandum est: quod et in homine pessi
mo inueniri potest. Quapropter timeat christia
nus anteq̄ perfecta charitas foras mittat timo
rem: credat et intelligat se peregrinari a deo q̄diu
viuit in corpore quod corrumpitur et aggrauat
animam. Tanto minor fit timor: quanto patria q̄
tendimus propior. Maior enim timor debet esse
peregrinantium minor propinquantium / nullus
peruenientium. Sic ⁊ timor perducit ad charita
tem. ⁊ pfecta charitas foras mittit timorē. Time
at aūt xp̄ianus non eos q̄ corpus occidūt ⁊ postea

Seipsum. i seipso laudans neq̄ mitis neq̄ pius est.

Nil timere bonum nō est.

Timor q̄ b⁹ maior ⁊ minor esse debet. Matthe. x.

non habent quid faciant: sed eum qui habet potestatem et corpus et animam in gehennam ignis occidere. Ille timor quem foras charitas mittit propterea pungit animam ne amittatur aliquid quod in creatura diligitur vel ipsa salus et requies corporalis aut aliquid tale post mortem. Propterea enim timentur et apud inferos pene: et dolores ac tormenta gehennarum. Cum vero cauet anima ne deus illam desertus deserat: timor est castus permanens in seculū seculi.

Timor seruilis quō aiam pūgat.

Quō filialr

Vide ergo bonitatem et seueritatē dei. In eos quidem qui ceciderunt seueritatem: in te autem bonitatem si permanseris in bonitate. Alioquin et tu excideris. Sed et illi si non permānserint in incredulitate inserentur. Potēs est enim deus iterum inserere illos. Nam si tu ex naturali oleastro excisus insertus es in bonam oliuam ꝙnto magis hi scōm naturam inserentur sue oliue?

Ex li. aduersū iudeos.

Terret et admonet apl'us.

BEatus apostolus doctor gentium in fide et veritate exhortans nos vt in eadem fide cuius idoneus minister effectus est: stabiles firmiq; maneam⁹: precepto admonet: terret exemplo. Vides (inquit) bonitatem ⁊ seueritatem dei. In eos quidem qui ceciderunt seueritatem: in te autem bonitatem si permanseris in bonitate. Hoc dixit vtiq; de iudeis qui tanq; rami ex illa olea que est in sanctis patriarchis tanq; in radice fructifera propter infidelitatem fracti sunt: vt gentium propter infidelitatem insereretur oleaster ⁊ fieret particeps pinguedinis olee. ramis naturalibus amputatis. Sed noli (inquit) gloriari aduersus ramos. Nam si gloriaris non tu radicem portas sed radix te. Et quoniam saluantur aliqui ex illis continuo subiunxit. Alioquin et tu excideris: et illi si non permanserint in infidelitate inserentur. Potens est enim deus iterum inserere eos. Illi ergo qui permanēt in infidelitate ad illam sententiam domini pertinent vbi ait. Filij autem regni ibunt in tenebras exteriores: ibi erit fletus et stridor dentium. Gentes autem permanētes in bonitate ad illud quod superius ait. Multi ab oriente et occidente venient et recumbent cum Abraham Isaac et Jacob in regno celorum. Itaq; illis patriarchis in radice viuentibus et infidelis superbia naturalium ramorum iusta dei seueritate confringitur et fidelis humilitas oleastri gratia diuine bonitatis inserit.

Matthe. viii

Ibidem.

Supbia cōfringit de radice: ⁊ hūilitas inseritur.

Ex libro de natura boni

Quia cuiq; culpe qualis et quāta pena debeatur diuini iudicij est nō humani sicut scriptum est. O altitudo diuitiarum sapientie et scientie dei q̄ inscrutabilia sūt iudicia eius et inuestigabiles vie eius. Item quia bonitate dei donantur peccata conuersis: hoc ipsum q̄ christus missus est satisfactionem ostendit. quia non in sua natura qua deus est sed in nostra quā de femina assumpsit pro nobis mortuus est. Quā dei bonitatem circa nos et dilectionem sic predicat apostolus. Commendat (inquit) deus charitatem suam in nobis quoniam cum adhuc peccatores essemus christus pro nobis mortuus est: multo magis iustificati nunc in sanguine ipsius salui erimus ab ira per ipsum. Si enim cum inimici essemus reconciliati sumus deo per mortem filij eius: multo magis reconciliati salui erimus in vita ipsius. Quia vero etiam cum peccatoribus pena debita redditur: non est iniquitas apud deum: sic dicit. Quid dicemus? Nunquid iniquus est deus qui infert iram? Vno autem loco et bonitatem ⁊ seueritatem ab illo esse breuiter admonuit dicens. Vides ergo bonitatem et seueritatem dei. In eos quidem qui ceciderunt seueritatem: in te autem bonitatem si permanseris in bonitate.

Roma. v.

Cōuersis dei bonitate pctā donantur.

Salubriter non solum bonitatem verūetiam seueritatem dei sancta scriptura commēdat: quoniam et amatur deus vtiliter et timet. Unde apostolus eodem loco vtrunq; commemorat dicens. Vides ergo bonitatem et seueritatem dei. [Nam si tu ex naturali excisus es oleastro et contra naturam insertus es in bonā oliuā. ⁊c.]

Ex libro contra iimicū legis ⁊ pphetarum. i.

Dici autem humano more contra naturam esse qō est contra nature vsum mortalibus notum / nec nos negamus: sicut est qō apostolus ait. Si tu ex naturali inciſus es oleastro: et contra naturam insertus es in bonam oliuam. Id enim contra naturam dixit qō est contra cōsuetudinem nature quā noticia humana comprehendit: vt oleaster insertus in olea non oleastri baccas: sed oliue pinguedinem ferat. Deus autem creator et conditor omnium naturarum nihil contra naturam facit. Id enim erit cuiq; rei naturale qō ille fecerit a quo est omnis modus / numer⁹ / ordo nature. Sed contra naturam non incongrue dicimus aliquid deum facere quod facit contra id qō nouimus in natura. Hanc enim etiam appellamus cognitum nobis cursum solitumq; nature: contra quem deus cum aliquid facit magnalia vel mirabilia nominantur. Contra vero illam summam nature legem a noticia remotam siue impiorū siue adhuc infirmorum tam deus nullo modo facit q̄ contra seipsum non facit.

Ex libro contra faustū.

Cōtra naturā dicit qō est contra nature vsum.

Deꝰ nihil contra naturā facit

Cōtra naturaz quō deus dicatur facere

Nolo enim vos ignorare fratres mysterium hoc: vt non sitis vobis ipsis sapientes q̄ cecitas ex parte ꝓtigit in israel

IN iudicium venit in mundum ille iudex futurus viuorum et mortuorum. Quare venit? Vt qui non vident videant: qui se non videre confitentur illuminentur. Et qui vident ceci fiant: id est qui cecitatem suam non confitentur grauius obdurentur deniq; impletum est: qui vident ceci fiant. Legis defensores / legis tractatores / legis doctores / legis intellectores / auctorem legis crucifixerūt. O cecitas! Ipsa est que ex parte in israel facta est vt crucifigeretur christus: et plenitudo gentium intraret. Cecitas ex parte israel facta est. Totus orbis cecus iacebat. Quid est? vt qui non vident videant vt plenitudo gentium intraret. Et cecitas ex parte israel facta est. Totus orbis cecus iacebat. Sed venit ille vt qui non vident videant et q̄ vident ceci fiant. Ignoratus est a iudeis crucifixus est a iudeis. De sāguine suo collirium fecit cecis. Duriores facti sūt ceciores facti quia se iactabant videre lucem. crucifixerunt lucem. Quāta cecitas. Lumen crucifixerunt: sed crucifixa lux cecos illuminabat. Audi videntem qui cecus erat. Ecce inq̄ crucē / male offenderūt: qui cecitatē suam medico cōfiteri noluerūt. Remāserat illis lex sine gra. O miseri q̄d fecit lex sine gra nisi magis reos? Quare? Quia legis auditores et non factores: ac per hoc peccatores / preuaricatores.

Ex sermōe de illuminatione ceci nati.

Videntes qui et quō ceci facti sunt.

Ceci q̄ et quō videntes facti sunt.

Lex sine gratia.

a

Donec plenitudo gentium intraret: et sic omnis israel saluus fieret sicut scriptum est. Veniet ex syon qui eripiat et auertat impietates ab Jacob. Et hoc illis a me testamentum: cum abstulero peccata eorum.

Extrac. ps. xiii.

Consilium inopis confudistis quoniã dominus spes eius est. id est cõtempsistis humilem aduentum filij dei quia in eo non vidistis pompam seculi vt hi quos vocabat in deo solo spem ponerent non in rebus transeũtibus. Quis dabit ex syon salutare israel? Subauditur nisi ipse cuius humilitatẽ cõtempsistis? Ipse enĩ in claritate vẽturus est ad iudicium viuorũ et mortuorũ: regnumq; iustorũ: vt quoniã isto humili aduentu facta est cecitas ex parte in israel vt plenitudo gẽtium intraret: illo alio fiat qõ sequitur et sic omis israel saluus fieret. Pro iudeis enĩ apostolus etiã illud Esaie testimoniũ accepit quo dictũ est. Veniet ex syõ qui auertat impietatem ab Jacob sicut hic positum est. Quis dabit ex syon salutare israel?

Esa. lix.

Extrac. pſi. lii.

Judeorũ cecitas.

Stulti /increpastis /insultastis /colaphizastis /sputis illinistis /spinis coronastis /in crucem erexistis. Quem? Quis dabit ex syon salutare israel? Nonne ipse quẽ dixistis non est deus? In auertẽdo dñs captiuitatẽ populi sui. Non enĩ auertet captiuitatẽ populi quis: nisi qui voluit inter vestras manus esse captiuus. Sed qui hoc itelligent? Exultabit Jacob et letabitur israel. vere Jacob q vere israel minor ille cui seruiuit maior: ipse exultabit quia ipse cognouit.

Ex libro de ciuitate dei. xxviii.

Malach. iiii

Cõ vero ait Malachias ppheta: memẽtote legis moysi serui mei. quã mãdaui ei in oreb ad omnem israel precepta et iudicia: opportune commorat post declaratum futuꝝ tam magnum inter obseruatores legis contemptoresq; discrimen: simul etiam vt discant legẽ spiritaliter intelligere q inueniant in ea christũ per quem iudicem facienda est inter bonos et malos ipsa discretio. Nõ enĩ frustra idem dñs ait iudeis. Si crederetis moysi crederetis et mihi. De me enĩ ille scripsit. Cũ autem ãmonuisset vt meminissent legis moysi quoniam preuidebat eos multo adhuc tẽpore non eã spiritaliter sicut oportuerat accepturos continuo subiecit. Ecce ego mittam vobis heliam tesbyten anteq; veniat dies dñi magnus et illustris: qui cõuertet cor patris ad filium /et cor hominis ad proximum suũ: ne forte veniens percutiã terram penitus. Per hunc heliam magnũ mirabilemq; prophetam exposita sibi lege vltimo tempore ante iudicium iudeos in christũ verum id est in christum nostrũ esse credituros celeberrimũ est in sermonibus cordibusq; fidelium. Ipse quippe ante aduẽtum iudicis saluatoris non imerito speratur venturus: quia et iam nunc viuere non imerito creditur. Curru nãq; igneo raptus est de rebus humanis: qõ euidẽtissime sancta scriptura testatur. Cũ venerit ergo exponendo legem spiritaliter quam nunc iudei carnaliter sapiunt: cõuertet cor patris ad filium id est cor patrũ ad filios. Singularem quippe numerum pro numero plurali iterpretes septuaginta posuerunt. Et est sensus vt etiam filij sic intelligant legem id est iudei quẽadmodũ eam patres intellexerunt id est ppbete in quibus erat ipse moyses. Sic enĩ cor patrũ cõuertetur ad filios: cũ intelligẽtia patrũ perducetur ad intelligentiam filiorũ et cor filiorum ad patres eor: dum id qõ sensserunt illi cõsentiunt et isti. Ubi septuaginta dixerunt q cor hominis ad proximũ suũ. Sunt enim valde proximi inter se patres et filij. In illo itaq; iudicio vel circa illud iudicium: has res dicimus esse venturas: heliam tesbytẽ /fidem iudeorum /antichristũ persecuturũ /christum iudicaturum /mortuor; resurrectionẽ /bonorum malorum q; direptionem /mundi conflagrationem /eiusdẽ q; renouationem.

H

Exeodẽ. ca. xxix.

Malach. vbi supra.

Judeos helias cõuertet.

Helyas legẽ spiritalit iudeis exponet.

Secundum euangelium quidẽ inimici propter vos secundum electionem aũt charissimi propter patres. Sine penitẽtia enim sunt dona et vocatio dei.

Exeodẽ. ca. xxx.

Exlibro de p̃ destinatione sanctorũ.

Enim dixisset nolo enĩ vos ignorare fratres sacramentum hoc vt non sitis vobis sapientes quia cecitas ex parte israel facta est donec plenitudo gentium intraret q sic omnis israel saluus fieret sicut scriptũ est. Veniet ex syon qui eripiat et auertat impietatem ab Jacob et hoc illis a me testamentum cum abstulero peccata eorum: mor addidit qõ diligẽter intelligendũ est. Scõm euangelium quidẽ inimici propter vos: scõm electionem autem dilecti propter patres. Quid est scõm euangelium quidẽ inimici propter vos: nisi q; eorum inimicicia qua occiderunt christũ euangelio sicut videmus sine dubitatione profecit: et hoc ostendit ex dei dispositione venisse qui bene vti nouit etiam malis non vt eis prosint vasa ire: sed vt ipso illis bene vtente prosint vasis misericordie. Quid enĩ apertius dici potuit: q; id qõ dictum est /scõm euãgelium quidem inimici propter vos? Est ergo in malorũ potestate peccare. vt autem peccando hoc vel hoc illa malicia faciant non est in eorũ potestate sed dei diuidentis tenebras et ordinantis eas: vt hinc etiam qõ faciunt contra voluntatem dei non implea tur nisi voluntas dei. Legimus in actibus apostolorum q; cum dimissi a iudeis apostoli venissẽt ad suos et indicassent quanta eis sacerdotes et seniores dixerunt: leuauerũt illi vocem vnanimes omnes ad dominũ et dixerunt. Domine tu es qui fecisti celum et terram mare et omnia que in eis sũt qui per os patris nostri Dauid sancti pueri dixisti: quare fremuerunt gentes et populi meditati sunt inania. astiterunt reges terre et principes conuenerunt in vnũ aduersus dominũ et aduersus christum eius: conuenerunt enĩ in vnũ in veritate in ciuitate ista aduersus sanctum puerũ tuũ iesum quẽ vnxisti. Herodes et Pilatus et populus israel: facere q̃nta manus tua et cõsilium predestinauit fieri. Ecce qõ dictum est: scõm euangelium quidem inimici propter vos. Tanto quippe ab inimicis iudeis manus domini et cõsilium predestinauit fieri q̃nta necessaria fuerant euangelio propter vos. Sed quid est qõ sequitur scõm electionem autem dilecti propter patres? Nũquid inimici illi qui in suis inimicicijs perierũt et aduersantes christo de gẽte ipsa adhuc pereũt. ipsi sũt electi atq; dilecti? Absit. Quis hoc vel stultissim⁹ dixerit? sed vtrũq; licet iter se ptrariũ: id est inimici q dilecti: q̃uis non in eosdẽ hoies tamen in eandẽ gẽtem conuenit iudeorũ: et ad idem carnale semen israel: alijs eorũ ad claudicationẽ /alijs ad benedictionẽ israel ipsius pertinentibus. Nunc enĩ sensum apertius superius explicauit vbi ait: qõ q̃rebat israel hoc non

Peccare in malorũ p̃ est ptãte: sed nõ hoc aut hoc p malicia sua facere

ps. ii.

b

est cōsecutus electio autē consecuta est: ceteri vero excecati sunt. Invtrisq; tamen idem ipsi israel. Ubi ergo audimus israel non est cōsecutus vel ceteri excecati sunt: ibi intelligendi sunt inimici propter nos. Ubi vero audimus: electio autē cōsecuta est ibi dilecti intelligendi sunt propter patres: quibus patribus vtiq; ista promissa sunt. Abrahe quippe dicte sunt promissiones: et semini ei⁹. Unde et in ista olea oleaster inseritur gētiū. Jam porro electionem quā dicat: quia scōm gratiam oīs non scōm debitum: debet vtiq; occurrere quoniā reliquie per electionē gratie salue facte sunt. Hec electio psecuta est ceteris excecatis. Scōm hanc electionem: israelite dilecti propter patres. Non enī vocatione illa vocati sūt de qua dictū est: multi vocati: sed illa qua vocātur electi. Unde et hic posteaq; dixit: scōm electionē autem dilecti propter patres: cōtinuo subiecit vnde agimus. Sine penitentia enī sunt dona et vocatio dei: id est sine mutatione stabiliter fixa sunt. Ad hanc vocationē qui pertinent oīes sunt docibiles dei: nec potest quisq; eorū dicere credidi vt sic vocarer. Jpreuenit eum quippe misericordia dei: quia sic est vocatus vt crederet. Oīes enim docibiles dei veniūt ad filiū: quoniā audierunt et didicerunt a patre p filium qui euidentissime ait. Omnis qui audiuit a patre meo et didicit venit ad me. Jstorū autē nemo perit: quia omne quod dedit pater: non perdit ex eo quicq; Quisquis ergo inde est oīno non perit. nec erat inde qui perit. propter qō dictū est ex nobis exierunt sed non erant ex nobis. Nā si fuissent ex nobis permansissent vtiq; nobiscum.

¶ Nō solum enī dixit sine me nihil potestis facere verūetiam dixit. Non vos me elegistis sed ego elegi vos et posui vos vt eatis et fructū afferatis et fructus vester maneat. Quibus verbis eis non solū iusticiam: verūetiam in illa perseuerātiam se dediſſe monstrauit. Christo enī sic eos ponēte vt et ante fructū afferant: et fructus eorum maneat: quis audeat dicere forsitan nō manebit? Sine penitentia enī sunt dona et vocatio dei: sed vocatio eorum qui scōm ꝓpositum vocati sunt. Pro his igitur interpellante christo ne deficiat fides eorū sine dubio non deficiet vsq; in finē. ac per hoc perseuerabit vsq; in finem: nec eam nisi manentē vite huius inuenit finis.

Sicut enim aliquādo et vos non credidistis deo: nunc autem misericordiā cōsecuti estis propter illorum incredulitatem. ita et isti nunc non crediderūt in vestra misericordia: vt et ipsi misericordiā ꝓsequātur. Concluſit enim deus oīa in incredulitate: vt oīm misereatur.

¶ Non hoc ideo dictum est q̄ sit neminem dānaturus: sed superius apparet vnde sit dictū. Nam cū de iudeis posteā credituris apostol⁹ loqueretur ad gentes ad quas vtiq; iam credentes conscribebat epistolas: sicut enī vos aliquādo (inquit) nō credidistis deo: nunc autē misericordiā cōsecuti estis illorum incredulitate: sic et hi nunc non crediderunt in vestra misericordia vt et ipsi misericordiā cōsequantur. Deinde subiecit vnde quidā sibi errando blādiuntur atq; ait. Concluſit enī deus omnes in infidelitate vt oīm misereatur. Quos oīs nisi de quibus loquebatur tanq̄ dicens. et vos et illos? Deus ergo et gentiles et iudeos quos prescivit et predestinauit conformes fieri imaginis filij sui: oīes in infidelitate concluſit: vt de amaritudine infidelitatis sue penitendo confusi: et ad dulcedinē misericordie dei credendo conuersi clamarent illud in psalmo. Quā magna multitudo dulcedinis tue dñe quā abscondisti timētibus te: perfeciſti autē sperantib⁹ non in se sed in te. Omniū itaq; miseretur vasorum misericordie. Quid est omnium? Et eorum scilicet quos ex gentibus: et eorū quos ex iudeis predestinauit / vocauit / iustificauit / glorificauit / non omniū hominum sed istorum omnium neminē damnaturus.

O altitudo diuitiarū sapientie et scientie dei: q̄ incomprehensibilia sunt iudicia eius et inuestigabiles vie eius. Quis enī cognouit sensum domini? aut quis consiliarius eius fuit? Aut quis prior dedit illi et retribuetur ei? Quoniam ex ipso et per ipsum et in ipso sunt omnia: ipsi gloria in secula seculorum amen.

¶ Nolunt vt ipsi sint gloria in iustificādis impijs gratuita gratia qui ei⁹ ignorantes iusticiam suam volentes constituere: vt sui precedat aliquid meriti quasi priores volētes dare vt retribuatur eis ab illo de quo dictum est quis prior dedit illi et retribuetur: et sua putantes preire merita ad illū de quo audiunt aut potius audire nolunt: quoniam ex ipso et per ipsum et in ipso sunt omnia. Quarū autem diuitiarū est altitudo sapientie et scientie eius: ex his sunt diuitie glorie ei⁹ in vasa misericordie que vocat in adoptionē: quas diuitias notas vult facere per vasa ire que perfecta sunt in perditionem Et que sunt vie inuestigabiles nisi de quibus in psalmo canitur. Uniuerse vie dñi misericordia et veritas? Misericordia igitur et veritas eius inuestigabiles sunt: quoniā cuius vult miseretur non in iusticia sed misericordie gratia: et quē vult obdurat non iniquitate sed veritate vindicte. Que tamen misericordia et veritas ita sibi occurrunt quia scriptum est. Misericordia et veritas occurrerunt sibi: vt nec misericordia impediat veritatē qua plectitur dignus: nec veritas misericordiā qua liberatur indignus. Que igitur sua merita iactatur? est liberatus: cū si digna suis meritis redderētur non esset nisi dānatus? Nulla ne igitur sunt merita iustor? Sunt plane quia iusti sunt: sed vt iusti fierēt merita non fuerūt. Justi enī facti sunt cū iustificati sunt: sed sicut dicit apostolus iustificati gratis p gratiam ipsius.

¶ O altitudo diuitiarū sapientie et scientie dei q̄ inscrutabilia sunt iudicia ei⁹ et inuestigabiles vie eius. Quantū itaq; nobis iudicia sua manifestare dignatur gratias agamus: q̄ntū vero abscondere non aduersus consiliū eius murmurem⁹: sed hoc quoq; nobis saluberrimum esse credamus. Necq enī frustra dictū est iudicia tua sicut abyssus multa. Cuius abyssi altitudinē veluti exp aueſcēs exclamat apl's. O altitudo diuitiarū sapientie et scientie dei. Premiserat quippe sententiā mire profunditatis dicēs. Concluſit enī deus omnes in incredulitate vt omnibus misereatur. Cuius pfunditatis veluti horrore pculsus. O altitudo (inquit) diuitiarū sapientie et scientie dei: q̄ inscrutabilia iudicia eius et inuestigabiles vie eius. Quis enī

Dilecti p̄ inimici q̄lit se cōpatiū tur. Sal.iii.

Watth.xxii.

Johan.vi

Xp̄s docibiliuz dei doctorē.

Ex libro de correctione et gratia. Johan.xv.

Duratio fidei vsq; in pfūmationē seculi p xp̄m impetrata.

Ex libro de ciuitate dei. xxi.cap.

Quos oēs de⁹ in incredulitate vt oīm misereatur.

Ex epla ad rōmanos.

Vie inuestigabiles que sunt.

Ps.lxxxiiii.

Roma.iii.

Ex libro de correctione et gratia.

Judicia dei quō no scenda et ignorāda sint.

Ps.xxxv.

cognouit sensum dñi: aut quis consiliari⁹ eius fuit: aut quis prior dedit illi vt retribuatur ei? Quoniam ex ipso et per ipm et in ipso sunt omnia: ipsi gloria in secula seculorum amen. Valde ergo parum sensum habemus ad discutiendā iusticiā iudiciorum dei: ad discutiendam gratiā gratuitam: nullis meritis precedentibus: non iniquā que nō tam mouet cum prestatur indignis: q̄ cum eque indignis aljs denegatur.

Ex libro de spū et litter. i. Pe. v.

¶ Scio q̄ sicut impossibilitas ita et iniquitas nō est apud deū: et q̄ superbis resistit: humilibus autem dat grām: et scio q̄ illi cui ne extolleretur datus erat stimulus carnis / angelus sathane qui eū colaphizaret: semel et iterū et tercio deprecāti dictum est sufficit tibi gratia mea: nam virtus in infirmitate perficitur. Aliquid ergo est in abdito et profundo iudiciorum dei: vt etiam iustorū omnes os obstruatur in laude sua ⁊ non aperiatur nisi in laudem dei. Hoc autē aliquid quis possit scrutari: quis inuestigare: quis nosse? Tam inscrutabilia sunt iudicia ei⁹ ⁊ inuestigabiles vie eius. Quis enim cognouit sensum dñi aut quis cōsiliarius ei fuit? aut quis prior dedit illi et retribuet ei? Quoniam ex ipso et per ipsum et in ipso sunt omnia: ipsi gloria in secula seculorum amen.

ii. Cor. xii. Absc̄dit deus iusto quedā iudicia sua vt in dei ñ in suā laudē os aperiat.

Ex libro contra maximia nū. ii. An ex p̄re et p patrē an ex filio et p filium sint omia.

¶ Dixit apostolus. Vnus deus pater ex quo oīa et nos in ipso et vnus dñs iesus christus: per quē omnia et nos per ipsum. Nunquid non ex filio sūt omnia: quādoquidem ipse dicit. Quecunq̄ pater facit hec et filius similiter facit? Si autem ita distinguis vt non sint per patrem omnia sed ex patre: nec omnia sint ex filio sed per filium: quis eorum tibi videtur esse ille de quo idem apostol⁹ dicit. O altitudo diuitiarum sapientie ⁊ scientie dei q̄ inscrutabilia sunt iudicia eius ⁊ inuestigabiles vie eius: quis enim cognouit sēsum dñi: aut quis consiliarius eius fuit: aut quis prior dedit illi ⁊ retribuetur ei? Quoniam ex ipso et per ipsū et in ipso sunt omnia ipsi gloria in secula seculorum amē. Vtrum pater est intelligendus an filius? Deum nanq̄ prius nominauit dicēs. O altitudo diuitiarum sapientie ⁊ scientie dei. postea vero eum dominū appellauit. Nam siue pater sit iste siue filius ex ipso et per ipsum et in ipso sunt omnia. Quomodo ergo ex patre omnia non ex filio et per filiū omnia non per patrē quandoquidem quēlibet eorum apostolus voluerit hocloco intelligi ex ipso (inquit) et per ipsum et in ipso sunt omnia? Si ergo siue de patre siue de filio verissime tamen dicitur q̄ ex ipso et per ipsum et in ipso sunt omnia: sine dubio patris et filij demōstratur equalitas. Si autem quoniam non nominauit patrē et filium et spiritū sanctum: sed deum et dñm qō et ipsa trinitas dici potest: singula horum triū referri ad singulos voluit: ex ipso dicens ꝓpter patrem: per ipsum ꝓpter filiū: in ipso propter spiritum sanctum: cur hanc trinitatē vnū dñm deū non vultis agnoscere quādoquidem non ait ex ipsis / per ipsos: et in ipsis: sed ait ex ipso et per ipm et in ipo sunt omnia: nec ait ipsis gloria: sed ipsi gloria in secula seculorum? [Quis enim cognouit sensum domini: aut quis consiliarius eius fuit?]

Ex libro ō genesi ad lām secundo. De⁹ angelis prius ostēdebat

¶ Nec mirum est q̄ sanctis angelis suis in prima lucis conditione formatis: prius deus ostēdebat qō erat deinceps creaturus. Neq̄ enī intellectū dei nossent nisi q̄ntum ipse monstrasset. Quis enī cognouit intellectum domini: aut quis consiliarius illi fuit: aut quis prior dedit illi et retribuetur ei? Quoniam ex ipso: et per ipsum: et in ipso sunt omnia. Ex ipso ergo discebant angeli cū in eis fieret cognitio creature deinceps faciende: ac deinceps fieret in genere ꝓpio. Quapropter iam luce facta in qua intelligimus ab eterna luce formatā rationalem creaturam: cum in ceteris creādis rebus audimus: et dixit deus fiat: intelligam⁹ ad eternitatem verbi dei recurrētem scripture intentionem. Cum vero audimus ⁊ sic est factum: intelligamus in creatura intellectuali factam cognitionem rationis que in verbo dei est condende creature: vt in ea natura prius quodāmodo facta sit q̄ anteriore quodā motu in ipso dei verbo prior faciendam esse cognouit: vt postremo cum audimus repeti et dici qō fecit deus: iam intelligamus in suo genere fieri ipsam creaturam. Porro cum audimus: et vidit deus quia bonum est intelligamus benignitati dei placuisse qō factum est: vt pro modo sui generis maneret qō placuit vt fieret cū spiritus dei referebatur super aquam.

G inceps creaturus.

Gene. i.

[Aut quis prior dedit illi ⁊ retribuetur ei? Quoniam ex ipso et per ipsum et in ipso sunt omnia ipsi gloria in secula seculorum amen.]

Ex libro de p destinatione sanctorū.

¶ Et ipm igitur initium fidei nostre ex quo nisi ex ipso est? Neq̄ enim hoc excepto ex ipso sunt cetera: sed ex ipso et per ipm et in ipso sunt oīa.

Ex ſmōe de ꝓbis apli. xvi

¶ Aliter enim dicim⁹ homini debes mihi que dedi tibi: et aliter dicimus debes mihi quia promisisti mihi. Quando dicis debes mihi quia dedi tibi: a te processit beneficium: sed mutuatum nō donatum. Quādo autem dicis debes mihi quia promisisti: tu nihil dedisti et tamen exigis. Bonitas enī eius qui promisit dabit: ne in maliciam fides conuertatur. Qui autem fallit malus est. Deo autem nūquid dicimus redde mihi quia dedi tibi? Quid dedimus deo: quādo totum qō sumus et qō habemus boni ab illo habem⁹? Nihil ergo ei dedim⁹. Non est quēadmodum voce ista exigamus debitorem deū maxime dicente nobis apostolo. Quis enim cognouit sensum domini aut quis eius consiliarius fuit: aut quis prior dedit illi et retribuetur ei? Illo ergo modo possum⁹ exigere dominū deum nostrum: vt dicamus. Redde qō promisisti quia fecimus qō iussisti. Et hoc tu fecisti: qui laborantes iuuisti. Nemo ergo dicat: ideo me vocauit deus quia colui deum. Quomodo coluisses si vocatus non fuisses? Si propterea te vocauit deus quia coluisti deū: ergo prior dedisti et retribuitur tibi. Nonne istam tibi vocem apostolus tollit cum dicit: aut qs prior dedit illi et retribuetur ei? Sed ecce quando vocatus es: vel iam eras. Vt predestinareris quādo non eras: qd deo dedisti quādo qui aliquid dares nō eras? Quid ergo fecit deus quādo predestinauit qui non erat? Q̄ ait apostolus. Qui vocat ea que non sunt: tanq̄ ea que sunt. Si iam esses non predestinareris. Misi auersus esses non vocareris. Misi impius esses non iustificareris. Misi terrenus et abiectus esses non glorificareris. Quis ergo prior dedit illi et retribuetur ei? Quoniam ex ipso et per ipsum et in ipso sūt omnia. Quid ergo reddimus? Ipsi gloria q⁊ non eramus quādo sumus predestinati: quia auersi eramus quando sumus vocati: quia peccatores eramus quādo sumus iustificati. Agamus deo gratias ne remaneamus ingrati.

Debitum duplex exdato ⁊ promisso.

Nihil dedim⁹ deo. H

Ro. iiii.

[Quoniam ex ipso et per ipm et in ipso sunt omnia ipsi gloria in secula seculoꝝ amen.]

Ex libro de vera religiōe

¶ Religet ergo nos religio vni omnipotenti deo

quia inter mentem nostrā qua illum intelligimus patrē et veritatem id est lucē interiorem per quā illū itelligim⁹ nulla interposita creatura est. Quare ipam quoq; veritatē nulla ex parte dissimilē in ipso et cū ipso veneremur: q̄ forma est oīm que ab vno facta sunt et ad vnū nituntur. Unde apparet spiritalibus animis per hanc formā facta esse oīa que sola implet qō appetunt omīa: que tamen oīa neq; fierent a patre per filiū neq; suis finibus salua essent nisi deus sūme bon⁹ esset: qui et nulli nature que ab ipso bona esse posset inuidit: ⁊ in bono ipso alia q̄ntū vellent: alia q̄ntū possent vt manerent dedit. Quare ipm donū dei cum patre ⁊ filio eque incōmutabile colere et tenere nos conuenit vnius substātie trinitatē: vnū deum a quo sumus: per quē sumus: in quo sumus: a quo discessimus: cui dissimiles facti sumus: a quo perire nō permissi sumus. Principiū ad qō recurrimus et formā quā sequimur: ⁊ gram qua recōciliamur: vnū quo auctore cōditi sumus: ⁊ similitudinē eius per quā ad vnitatē reformamur: et pacē qua vnitati adheremus. Deū qui dixit fiat: et verbū per qō factum est omne qō substātialiter et naturaliter factū est: et donū benignitatis eius qua placuit et conciliatum est auctori suo vt nō interiret quicquid ab eo per verbū factū est. Unū deum quo creatore viuimus: per quē reformati sapienter viuimus: quem diligentes ⁊ quo fruentes beate viuimus. Unum deum ex quo omnia /per quē omīa / in quo omīa: ipsi gloria in secula seculorū amen.

Fides nra de trinitate habēda

Ex libro de doctrina xpiana. primo.

¶ Res igitur quibus fruendū est pater et filius ⁊ spūs sanctus eademq; trinitas: vna quedā sūma res cōmunisq; oibus fruentib⁹ ea: si tamen et res et nō rerū oīm causa: si tamen et causa. Non enim facile nomen qō tante excellentie conueniat inueniri potest: nisi q̄ melius ita dicitur. Trinitas hec vnus deus ex quo oīa /per quē oīa: in quo omnia. Ita pater et filius et spūs sctūs et singulis quisq; horū deus et simul omēs vnus deus: et singulis quisq; horū plena substātia: et simul oēs vna substantia. pater /nec filius /nec spūs sctūs / filius nec pater /nec spūs sctūs. Spiritus sactus nec pater / nec filius. Sed pater tantū pater / ⁊ filius tantum filius /et spūs sctūs tantū spūs sactus. Eadē trib⁹ eternitas: eadē incōmutabilitas / eadē maiestas / eadē potestas. In patre vnitas /in filio equalitas in spū sctō vnitatis equalitatisq; cōcordia. Et tria hec vnū omīa ꝓpter patrē /equalia omīa ꝓpter filium /cōnexa oīa ꝓpter spiritū sanctū.

Trinitas. nobis credenda.

Ex epla ad maximinum

¶ Unū scilicet dōm esse solū: cui seruitus illa debetur que latria greco vocabulo nuncupat. Ipm enī verbū est in lege vbi scriptū est: dōm deū tuū adorabis et illi soli seruies. Quē si dōm patrē tantūmodo dixerimus. respondebit nobis. Ergo latria dño filio non debetur: qō nefas est dici. Si autem debetur quomodo vni tātum debetur deo: si et patri debetur et filio: nisi q; vnus deus: cui soli per latriā seruire iussi sumus: ita dicit deus solus vt et pater intelligat et filius imo vero etiā spiritus sanctus. De illo quippe dicit aplus.

Latria Grece seruitus deo soli debita dicitur.

i. Cor. vi.

Mescitis q; corpora vestra templū in vobis est spūs sancti quē habetis a deo: et nō estis vestri? Empti enim estis precio magno: glorificate ⁊ portate deum in corpore vestro. Quēnam deū nisi spm̄ sctm̄ cuius corpora nostra esse dixerat templū? Debetur ergo gloria spiritui sancto. Nā si templū ei facere sicut Salomon fecit de lignis et lapidibus tuberemur: vtiq; faciēdo templum latriā exhiberemus: q̄nto magis latriā debemus: cui templū non facimus sed sumus? Ac per hoc si et patri et filio ⁊ spiritui sancto latria debetur et exhibetur a nobis de quo dictū est: dominū deū tuū adorabis et illi soli seruies: ꝑculdubio dōs deus noster cui soli per latriam seruire debemus: non est pater solus /nec solus filius /nec solus spiritus sāctus /sed ipsa trinitas vnus deus solus /nō quo ipse sit pater /qui ⁊ filius vel spirit⁹ sanctus ipse sit aut pater /aut filius /cū sit in illa trinitate pater filij solius / et filius patris solius /spiritus autē sanct⁹ et patris et filij sit spiritus: sed ꝓpter vnam eādemq; naturā atq; inseparabilemq; vitā ipsa trinitas q̄ntū ab homīe potest fide precedente intelligatur vnus dōs deus noster: de quo scriptū est dōm deū tuum adorabis et illi soli seruies.

¶ Non enim duos aut tres deos fides catholica predicat: sed ipam trinitatē vnū deum: non vt eadem trinitas simul possit aliquādo pater / aliquā do filius /aliquādo spiritus sanctus dici: sicut Sabellius credit: sed vt pater non nisi pater: et filius non nisi filius / et spirit⁹ sanctus non nisi spiritus sanctus: et hec trinitas non nisi vnus deus: quia ⁊ cū dixisset apostolus. Ex quo omīa / per quē oīa / in quo omīa / trinitatem ipam insinuasse creditur nec tamen subiecit ipsis gloria /sed ipsi gloria.

Ex tractatu. pmo. v. Unus deus nō duo aut tres dij.

¶ Pater non habet patrē de quo sit. filius autē de patre est vt sit: atq; vt illi eternus sit. imago enī si perfecte implet illud cuius imago est: ipsa coequatur ei non illud imagini sue: vbi tam est tanta congruētia et prima equalitas: et prima similitudo: nulla in re diffidens et nullo modo inequalis / et nulla ex parte dissimilis: sed ad idētidem respōdens ei cuius imago est: vbi prima est et summa vita: cui non est aliud viuere et aliud esse: sed idē et esse et viuere: et primus et suprem⁹ intellect⁹ cui non est aliud viuere et aliud intelligere: sed id qō est intelligere /hoc viuere est: hoc esse. Unum omnia tanq; verbum perfectum cui non desit aliquid et ars quedam omnipotentis atq; sapientis dei: plena omniū rationū viuētium incōmutabiliū et omnes vnū in ea sicut ipsa vnum de vno /cū quo vnum: vbi nouit omnia deus que fecit per ipsam: et ideo cū decedant ⁊ succedāt tempora non decedit aliquid vel succedit scientie dei. Non enī hec que creata sunt ideo sciūtur a deo quia facta sunt: ac non potius ideo facta sunt vel mutabilia quia imutabiliter a deo sciūtur. Ille igitur ineffabilis quidā complexus patris et imaginis non est sine perfectione: sine charitate: sine gaudio. Illa ergo dilectio: delectatio: felicitas: vel beatitudo (si tamen humana aliqua voce digne dicitur) est in trinitate spiritus sanctus: non genitus sed genitoris genitiq; suauitas: ingēti largitate atq; vbertate perfundens omnes creaturas ꝓ captu earum: vt ordinem suum teneant et locis suis acquiescant. Hec igitur omīa que arte diuina facta sūt: et vnitatem quandā in se ostendunt: et speciem et ordinem. Quicquid enim horū et vnū aliquid est: sicut sunt nature corporū: ingeniaq; animarum: ⁊ aliqua specie formātur sicut sunt figure vel qualitates corporū doctrine vel artes animarum: et ordinem aliquem petit: aut tenet sicut sunt pondera vel collocationes corporum atq; amores aut delectationes animarū. Oportet igit vt creatorē per ea q̄ facta sunt intellecta cōspiciētes trinitatē itelligam⁹: cui⁹ in creatura quō dignū est apparet vestigiū. In illa enī trinitate sūma origo est rerū

Ex libro de trinitate. vi. Pater in diuinis nō habet patrē vt sit sicut filius.

Scientie dei nihil decedit aut succedit.

omniū: et pfectissima pulchritudo / et beatissima delectatio. Itaq; illa tria et a seinuicem ngula sūt nari vidētur: et in se infinita sūt. Ita et si determi in singulis t omia / in singulis / t singula in oibus / et vnum omia. Qui videt hoc vel ex parte vel per speculū et in enigmate gaudeat cognoscēs deū si cut deū honoret et gratias agat. Qui autē non videt tendat per pietatē ad videndū: nō per cecitatem ad calumniandū: qm vnus est deus sed tñ trinitas. Nec cōfuse accipiendū est ex quo omnia / p quem omnia / in quo omia / nec dijs multis / sed ip si gloria in secula seculorum amen.

In trinita te sunt oia vnū t oia in singulis

Ex libro de natura boni. Deus ex nihilo creauit omnia.

¶ Quia ergo deus omia que nō de se genuit sed per verbū suū fecit: nō de his rebus que iam erāt: sed de his que oino non erant: hoc est de nihilo fecit: ita dicit apls. Qui vocat ea que non sunt tanq; sint. Apertius autē in libro machabeox scriptum est. Oro te fili: respice ad celū et terrā et omia que in eis sunt. Vide et scito q; non erant ex quibus fecit nos dñs deus. Et illud q̄ō in psalmo scriptum

ii. Mach. vii

ps. xxxii.

est: ipse dixit et facta sunt: manifestū est q; nō de se ista genuerit: sed in verbo atq; imperio fecerit. Qō autē non de se vtiq; de nihilo. Non enī erat aliud vnde faceret: de quo apertissime apls dicit. Qm ex ipso / et per ipm / et in ipso sunt omnia. Ex ipso autē non hoc significat qō de seipso. Qō enim de ipso est potest dici ex ipso non autē de ipso. Nō autem oñe qō ex ipso: recte dicit de ipso. Ex ipo enī celum et terra quia ipse fecit ea: nō autē de ipso: q; nō de substātia sua. Sicut homo aliquis si gignat filiū et faciat domū: ex ipso filius: ex ipso domus. sed filius de seipso: dom⁹ de terra t de ligno. Sed hoc q; homo est qui nō potest aliquid etiā de nihilo facere. Deus autē ex quo omia / per quē omia / in quo omnia / non opus habebat aliqua materia quā ipse non fecerat adiuuari oipotentiā suā. Cū autē audimus omnia ex ipso et per ipm et in ipso / omēs vtiq; naturas intelligere debem⁹ que naturaliter sunt. Nec enī ex ipso sūt peccata que natu

Peccata ex deo nō sunt.

ram nō seruant sed viciant. Que peccata ex volū

H

tate esse peccātium multis modis sancta scriptura testatur precipue illo qō dicit apls. Existimas autē hoc o homo qui iudicas eos qui talia agunt et facies ea quoniā tu effugies iudiciū dei? An diuitias benignitatis et patientie eius et lōganimitatis ptemnis ignorans q̄m benignitas dei ad penitentiā te adducit? Scōm duriciam autē cordis tui et cor impenitens thesaurizas tibi iram in die ire et reuelationis iusti iudicij dei qui reddet vnicuiq; scōm opera sua. Nec tamen cum in deo sint vniuersa que condidit inquināt eū qui peccant de cuius sapiētia dicitur. Attingit autē omnia ppter suam mundiciā: t nihil inquinatū in eam incurrit. Oportet enī vt sicut deū incorruptibilē et incommutabilē: ita cōsequenter etiā incoinquinabilem credamus. Quia vero et minima bona hoc est terrena atq; mortalia ipse fecit: illo apostoli loco sine dubitatione intelligit: vbi loquens de mēbris carnis nostre: quia si glorificatur vnum membrū congaudent omia membra: et si patitur vnū membrū compatiūtur omnia membra: etiā hoc ibi ait. Deus posuit membra singulū quodq; eorum in corpore prout voluit. Et deus temperauit corpus ei cui deerat: maiorem honorem dans vt non essent scissure in corpore: sed idem ipsum vt pro inuicem sollicita sint membra.

Ro. ii.

Pctā nra deū nō inq̄nant.

Capitulum. xii

¶ Obsecro itaq; fratres p misericordiā dei vt exhibeat⁊ corpora vestra hostiam viuentem: sanctā: deo placentē rationabile obsequium vestrum. Et nolite conformari huic seculo: sed reformamini in nouitate sensus vestri: vt probetis que sit volūtas dei bona: et beneplacens et perfecta.

Ex libro de ciuitate dei. x.

Sacrificium veruz.

Verū sacrificiū est omne opus qō agit: vt sancta societate inhereamus deo: relatū scilicet ad illū finem boni quo vere citer beati esse possimus. Unde et ipsa mia qua homini subuenitur si nō ppter deū fit nō est sacrificiū. Et si enī ab homine fit / vel offertur. tamē sacrificiū res diuina est: ita vt hoc quoq; vocabulo id latini veteres appellauerint. Unde ipe homo dei noie cōsecratus et deo votus: inq̄ntum mūdo moritur vt deo viuat / sacrificiū est. Nam t hoc ad miam pertinet quam quisq; in seipm facit. ppterea scriptum est. Miserere anime tue placēs deo. Corpus etiā nostrū cū tēperātia castigam⁹: si hoc quē admodū debemus ppter deū facimus: vt nō exhibeamus mēbra nostra arma iniquitatis peccato sed arma iusticie deo: sacrificium est. Ad qō exhortans apls ait. Obsecro itaq; fratres per miam dei vt exhibeatis corpora vestra hostiā viuam / sctām / deo placentē. rationabile obsequium vestrū. Si ergo corpus quo inferiore tanq; famulo vel tanq; instrumēto vtitur aia cū eius bonus t rectus vsus ad deū refertur sacrificiū est: q̄to magis anima ipsa cū se refert ad deū vt igne amoris eius accēsa formā cōcupiscētie secularis amittat eiq; tanq; incōmutabili forme subdita reformet. Hinc ei placēs qō ex ei⁹ pulchritudine acceperit fit sacrificiū. Qō idem apls cōsequēter adiūgens et nolite (inquit) cōformari huic seculo: sed reformamini in nouitate mētis vestre: ad pbandū vos que sit volūtas dei: qō bonū / et bñplacitū / et pfectum. Cum igit vera sacrificia opera sint mie: siue in nosipsos siue in primos que referūtur ad deū: opera vero mie nō ob aliud fiant nisi vt a miseria liberemur: ac per hoc vt beati simus qō non fit nisi bono illo de quo dictū est. Mihi autē adherere deo bonū est: pfecto efficitur vt tota ipsa redempta ciuitas hoc est cōgregatio societatis sctōrum vniuersale sacrificiū offeratur deo per sacerdotē magnū: qui etiā seipsum obtulit in passione p nobis vt tanti capitis corpus essemus scōm formam serui: hanc enī obtulit: in hac oblatus est: q; scōm hanc mediator est. In hac sacerdos / in hac sacrificium. Cū itaq; nos exhortatus esset apls: vt exhibeam⁹ corpora nostra. hostiam viuam / sctām / deo placentē / rationabile obsequiū nostrum: et vt nō pformemur huic seculo: sed reformemur in nouitate mētis nostre: ad probandū que sit volūtas dei: qō bonū / et beneplacitū / et pfectū: qō totum sacrificiū nosipsi sumus. Dico enī (inquit) p gratiam dei que data est mihi oibus qui sūt in vobis: non plus sapere q̄ oportet sapere: sed sapere ad temperantiā. sicut vniculq; deus partitus est mēsuram fidei. Sicut enim in vno corpore multa mēbra habemus: omia autem membra non eosdem actus habēt: ita multi vnum corpus sum⁹ in christo: singuli autē alter alterius membra habentes

Opera misericordie verū sacrificiū sunt.

ps. l. xxii.

Sacerdos magn⁹ xp̄s

dona diuersa scōm gratiā que donata est nobis. Hoc est sacrificiū xpianorū. Multi vnū corpus in christo. Qō etiā sacramēto altaris fidelib⁹ noto/ frequētat ecclesia: vbi ei demonstratur qō in ea re quā offert ipsa offeratur. Merito illi in celestibus sedibus cōstituti imortales et beati qui creatoris sui participationē cōgaudent: cui⁹ eternitate firmi: cui⁹ veritate certi: cui⁹ munere sancti sunt. qm̄ nos mortales et miseros vt immortales beatiq; simus misericorditer diligūt: nolūt nos sibi sacrificari: sed ei cui⁹ et ipsi nobiscū sacrificiū se esse nouerunt. Cū ipsis enī sumus vna ciuitas dei cui dicitur in psalmo. gl̄iosa dicta sunt de te ciuitas dei. cuius pars in nobis peregrinat: pars in illis opitulatur. [Et nolite conformari huic seculo: sed reformamini in nouitate sensus vestri.]

Ex libro retractationū i ps. lxxxvi.

¶ Non ita est accipiendū quasi totū amiserit homo qō habebat imaginis dei. Nā si oīno non amisisset: nō esset ꝓpter qō diceretur reformamini in nouitate mētis vestre. Et in eandē imaginē transformamur. Sed rursus si totū amisisset nihil maneret vnde diceretur. Quāq; ad imaginem ambulet homo: tamen vane cōturbatur.

Ex libro de vnitate. xiiii

¶ Qui vero cōmemorati cōuertuntur ad deū ab ea deformitate qua p cupiditates seculares ꝓformabātur huic seculo: reformātur ex illo audiētes apl'm dicentē. Nolite ꝓfirmari huic seculo: sed reformamini in nouitate mētis vestre: vt icipiat illa imago ab illo reformari a q̄ formata est. Nō enim reformare seipam potest sicut potuit deformare.

Ex libro de p fectione iusti tie hominis. Esa. ii. ro. ix

¶ Dñs qui verbū cōsūmans ⁊ breuians fecit sup terrā in duob⁹ preceptis dixit legē ꝓphetasq; pendere: vt intelligerem⁹ quicq̄d aliud diuinitus preceptum est: in his duobus habere finem: ⁊ ad hec duo esse referendū diliges dñm deū tuum ex toto corde tuo et ex tota aīa tua/et ex tota mēte tua: et diliges ꝓximū tuum tanq; teipsū. In his (inquit) duobus preceptis tota lex pēdet ⁊ ꝓphete. Quicquid ergo de lege ꝓhibemur et quicq̄d iubemur facere: ad hoc prohibemur ⁊ iubemur vt duo ista cōpleamus. Et forte generalis ꝓhibitio est nō cōcupisces: et generalis iussio diliges. Unde breuit et apl's Paulus vtrūq; complexus est. Prohibitio est enī nolite ꝓformari huic seculo: iussio autē: sed reformamini in nouitate mētis vestre. Illud pertinet ad nō concupiscere: hoc ad diligere: illud ad cōtinentiā: hoc ad iusticiam: illud ad declinandū a malo: hoc ad faciendū bonū. Non ꝓcupiscendo enī vetustate expoliamur. ⁊ nouitate induimur diligendo. Sed ne quisq; quidē potest esse continēs nisi deus det. Et charitas dei diffūditur in cordibus nostris non per nosipsos sed per spiritū sāctū qui datus est nobis. Hoc aūt fit de die in diem: in his qui volendo et credēdo/⁊ inuocando ꝓficiūt: et preterita obliuiscētes in ea que ante sunt extendūtur. Ad hoc enī lex ista precepit vt cū in his implendis homo defecerit: non se extollat superbia tumidus sed ad gr̄am ꝓfugiat fatigat⁹: ac si eū lex terrēdo ad xp̄m diligēdū pedagogi ꝓducat officio

Ex epla ad ꝓsentiū d' trinitate.

¶ Quid est autem aliud iusticia cum in nobis est vel quelibet virtus qua recte sapienterq; viuitur: q̄ interioris hominis pulchritudo? Et certe scōz hanc pulchritudinem magis q̄ corpus sumus ad imaginem dei. Unde nobis dicit. Nolite conformari huic seculo sed reformamini in nouitate mētis vestre: ad probandū vos que sit voluntas dei: qō bonū/et placitum/et perfectū. Si ergo non in mole/neq; in distātibus per loca sua partibus: sicut corpora siue cernūtur/siue cogitantur: sed in virtute intelligibili qualis est iusticia mētem dicimus: seu nouimus seu volum⁹ pulchrā: scōm hāc pulchritudinē reformamur ad imaginem dei.

Pulchritudo hoīs interioris.

Ex libro confessionū terciodecimo cū de initio Geneseos disputaret vbi animalia animantia iussa sūt fieri scōm gen⁹: hō xo fact⁹ est ad imaginē dei.

¶ Ecce enī dñe deus noster creator noster cū cohibite fuerint affectiones ab amore seculi quibus moriebamur male viuendo: et ceperit esse anima viuens bene viuendo: completūq; fuerit verbū tuum: quo per apostolum tuū dixisti. Nolite conformari huic seculo: cōsequitur et illud qō adiunxisti statim atq; dixisti: ⁊ reformamini in nouitate mētis vestre: non iam scōm genus tanq; imitātes precedentē proximū et ex hominis melioris auctoritate viuētes. Neq; enī dixisti: fiat homo scōm genus: sed faciamus hominē ad imaginē et similitudinē nostram: vt nos probemus que sit voluntas tua. Ad hoc enī dispensator ille tuus generās per euangelīū filios: ne semper puulos haberet quos lacte nutriret et tanq; nutrix foueret: reformamini (inquit) in nouitate mētis vestre ad probandū vos que sit volūtas dei: qō bonū/et beneplacitū/et perfectū est. Ideoq; nō dicis fiat homo: sed faciamus: nec dicis ꝑm genus: sed ad imaginē et similitudinē nostram. Mente quippe renouatus et cōspiciens intellectā veritatem tuā homie demōstratore nō indiget vt suum genus imitetur: sed te demonstrāte probat ipse que sit voluntas tua/qō bonū/et beneplacitū/et perfectum est.

Reformatio vera.

Gen. i.

Dico enī per gratiam que data est mihi oibus q̄ sunt inter vos nō plus sapere q̄ oportet sapere: sed sapere ad sobrietatē.

Ex libro d ciuitate di. xii.

Intelligamus q̄ sit apl'o obtemperandum precipiēti salubriter vbi ait. Dico autē per gratiam dei que data est mihi oīb⁹ qui sunt in vob⁹: nō plus sapere q̄ oportet sapere: sed sapere ad temperātiam. Unicuiq; sicut deus partitus est mēsuram fidei. Si enī pro viribus suis alatur infās: fiet vt crescēdo plus capiat. Si autē vires sue capacitatis excedat deficiet anteqū crescat.

Et vnicuiq; sicut deus diuisit mēsurā fidei. Sicut enī in vno corpore multa membra habemus omnia autē membra non eundem actum habent: ita multi vnum corpus sumus in christo: singuli autem alter alterius membra: habentes donationes secundū gratiam que data est nobis differentes. Siue prophetiā: secundum rationez fidei. Siue ministerium in ministrādo. Siue qui docet in doctrina. Qui exhortatur: in exhortādo. Qui tribuit: in simplicitate. Qui preest in sollicitudine.

Ex epla ad iulianū.

Ecce apertam cōfessionem illius gratie quā vehementer cōmendat apl's. Qui etiā mensurā fidei sine qua impossibile est placere deo ex qua iustus viuit: que per dilectionē operatur anteqū ⁊ sine qua omnino nulla cuiusq; bona opera existimanda sunt quoni⁹

Roma.xiiii. am omne qđ non est ex fide/peccatū est: deū dicit vnicuiq; partitum.

Ex libro de gra & libero arbitrio. ¶De fide hoc est de volūtate credētis superi⁹ disputaui vsq; adeo demōstrans ad gr̄am ptinere vt apl's nō diceret miam cōsecut⁹ sū qz fidelis eram: sed diceret miam cōsecut⁹ sū vt fidelis essem. Sūt et alia testimonia: in quib⁹ est qđ ait. Sapite ad tēperantiā: sicut vnicuiq; de⁹ partit⁹ est mensurā fidei. Et qđ iā cōmemorauī. Gratia salui facti estis per fidē: et hoc nō ex vobis sed dei donū est. Et illud qđ scriptū est ad Ephesios Pax fratribus et charitas cū fide: a deo patre et dño iesu xp̄o.

Ephe.i.

Extrac. euāgelii s̄m ioā. lxxi. ¶Cōstat sine spū sācto xp̄m nos diligere et eius mādata seruare nō posse: et id nos posse atq; agere tātomin⁹ q̄nto illū pcipim⁹ min⁹: tanto aūt amplius: q̄nto illū pcipimus amplius. Proinde non solū nō habēti verūetiā habēti nō incassū p̄mittit Mō habēti quidē vt habeat: habēti aūt vt ampli⁹ habeat. Nam nisi ab alio min⁹ ab alio ampli⁹ haberet: sctūs heliseus sctō helye nō diceret. Spūs qui est in te duplo sit in me. Nō autē ait Johānes baptista: nō enī ad mensurā dat deus spm̄ de ipso dei filio loq̄bat: cui nō est dat⁹ spūs ad mensurā qz in illo habitabat oīs plenitudo diuinitatis. Neq; enī sine gr̄a spūs scti est mediator dei et hoīm homo xp̄s iesus. Mā et ipse dicit de se fuisse illud p̄pheticū impletū. Spūs dñi sup me p̄p̄t qđ vnxit me: euāgelizare pauperibus misit me. Qđ enī est vnigenit⁹ fili⁹ equalis patri nō est gratie sed nature. Qđ autē in vnitate p̄sone vnigeniti assūpt⁹ est hō: gratie est nō nature cōfitēte euāgelio atq; dicēte. Puer autē crescebat & cōfortabat plen⁹ sapientia: & gr̄a dei erat in eo. Ceteris aūt ad mensurā dat et datus addit: donec vnicuiq; p modo sue p̄fectionis p̄p̄ria mensura compleat. Unde monet apl's nō plus sapere q̄ oportet sapere / sed sapere ad tēperantiā. Unicuiq; sicut de⁹ partit⁹ est mēsuram fidei. Neq; enī ipe diuidit spūs: sed dona per spm̄. Mā diuisiones donationū sūt: idē autē dñs.

Spūssancti⁹ a q̄busdā plus a q̄busdā minus pcipit

Esaie.lxi.

Luce.i..

Qoib⁹ ad mēsurā datur spūs.

A ii.Cor.xii. Ex epla ad ii xtū pbm. ¶Ipsam fidē vnde oīs iusticia sumit initiū: p̄p̄t qđ dicit ad ecclesiā in cātico cāticoz: venies et p̄trāsies ab initio fidei: restat vt nō humano qđ ilsti extollūt tribuam⁹ arbitrio: nec vllis p̄cedētib⁹ meritis: q̄m inde incipiūt bona quecūq; sūt merita: s̄z gratuitū dei donū esse fateamur: si gr̄am verā. i. sine meritis cogitamus: qz sicut ab apl'o dictū legit vnicuiq; partit⁹ s̄m mēsurā fidei. Opa q̄ppe bona fiūt ab hoīe. fides autē fit in homie sine qua illa a nullo fiūt hoīe. Qm̄e enī qđ nō est ex fide pctm̄ est Quapropter ne se vel ipsi⁹ rationis meritū extollat: etiā si ad vincēdas tpaliū rerū cupiditates et diligēda bona eterna atq; ip̄m fontē oīm bonoz̄ deū adiutoriū dat orāti: fides orat q̄ data est non orāti: q̄ vtiq; nisi data esset orare non posset. Quomodo enī inuocabūt in quē nō crediderūt? Aut q̄modo credent quē nō audierūt? Quomodo audient sine p̄dicāte? Igitur fides ex auditu: audit⁹ autē per verbū christi. Proinde minister xp̄i huius fidei p̄dicator scōm gr̄am q̄ data est illi plātator est et rigator: nec tamen q̄ plātat est aliquid neq; qui rigat: sed qui incrementū dat de⁹: qui vnicuiq; partitur s̄m mēsuram fidei. Unde et alibi dicitur. Pax fratrib⁹ et charitas cū fide. Que ne sibi tribuerēt cōtinuo subiunxit: a deo patre et dño iesu christo: qz nec oīm est fides qui audiūt verbū: sed quib⁹ deus partitur mensuram fidei: sicut nec omia germinānt que plantant et rigātur sed quib⁹ deus dat incremētum. Cur autē ille credat ille nō credat cū ambo idem audiāt: cū miraculū in eoz̄ cōspectu fiat ambo idem videāt: altitudo est diuitiarū sapiētie et sciētie eius cuius inscrutabilia sūt iudicia: et apud quē nō est iniq̄tas: dū cui⁹ vult miseretur et quē vult obdurat. Neq; enī p̄pterea sūt ista iniusta quia occulta.

Roma.x.

Ephe.i.

Occulta nō iniusta sūt dei iudicia

Qui miserēt: in hilaritate. Dilectio: sine simulatione. Odiētes malū adherētes bono. Charitatē fraternitatis inuicem diligentes honoze inuicē p̄ueni entes. Sollicitudine nō pigri.

Ex libro ad hieroīmū. ii Jacob. iiii.

Jacobi.ii.

Luce.vi.

Matth.v.

Qoniā in multis offendim⁹ oēs: sugerit dominica tanq; quotidiana quotidianis: et si leuioribus tū vulneri⁹ medicinā. Judiciū enī (iquit) sine misericordia: illi q̄ non fecit miam. Hinc enim et dñs. dimittite (iquit) et dimittet vobis. Date et dabit vobis. Beati enī misericordes qz ipsoz̄ miserebitur deus. Et hoc vtiq; iustum est vt dimittat eis quia dimiserūt: et detur eis quia dederūt. Jnest q̄ppe deo et mia iudicanti: et iudiciū miserēti. Propter qđ ei dicit: misericordiā & iudiciū cātabo tibi dñe.

ps.c.

Nam quisquis velut nimiū iustus iudicū sine misericordia quasi securus expectat: irā iustissimā p uocat: quā timēs ille dicit. Ne intres in iudicium cū seruo tuo. Unde dicit populo cōtumaci. Quid vultis mecū iudicio cōtendere? Cū enī rex iustus sederit in throno q̄s gloriabit castū se habere coz: aut q̄s gloriabitur mundū se esse a pctō? Que igit̄ spes est nisi superexaltet miam iudicio? Sed erga illos qui miam fecerūt veraciter dicendo dimitte nobis debita nostra sicut & nos dimittimus et sine murmuratione dando. hilarem enim datorem dilligit deus.

ps.cxliii.

Matth.vi

ii.Cor.ix.

Spiritu feruentes: domino seruiētes.

Ex s̄mōe de blasphemia spūssancti. Matthe.iii.

Ignī baptizari q̄d sit.

Actu.ii.

Matthe.xii.

Ath Johānes inter cetera q̄ locutus est ad eos qui venerūt vt ab illo baptizarētur. Ego quidē vos baptizo aqua in penitentiā: qui autē post me venturus est fortior me est cuius nō sum dign⁹ calciamēta portare. Ipse vos baptizabit in spū sācto et igni. Qđ autē dixit et igni: posset intelligi et tribulatio quā p̄ xp̄i noie credētes fuerant perpessuri. Tamen nō abs re est eūdem spiritū sctm̄ etiā nomie ignis significatū videri. Propter qđ & in aduentū eius dictū est vise sunt illis lingue diuise velut ignis q̄ et insedit super vnumquēq; eoz̄. Hinc et ipse dñs ait. Ignē veni mittere in mundū. Hinc apl's dicit Spiritu feruētes: q̄m hinc feruet charitas. Diffūditur quippe in cordib⁹ nostris: per spm̄ sāctum q̄ datus est nobis. Cui feruori contrarīū est qđ dñs ait refrigescet charitas multoz̄um.

Matthe.xxiiii

¶Eloquiū dñi igniuit eū. Meritō spūs sctūs q̄m a dño missus est: vise sunt illis lingue diuise velut ignis. Et apostol⁹ dicit. Spiritu feruētes. A quo igne discedunt de quibus dicitur refrigescet charitas multoz̄um.

Spe gaudētes: in tribulatiōe patiētes oroni instātes. Necessitatib⁹ sanctoz̄ cōmunicātes: hospitalitatē sectātes. Benedicite p̄seq̄ntibus vos. Benedicite: & nolite maledicere. Gaudere cū gaudentibus flere cū flentibus. Jdipsum inuicem sentientes.

A Extracta.ps lxxxiii.

EAm magna videtur tristicia cū dicit: concupiscit ⁊ defecit aīa mea in atria domini. Non enī habet qđ desiderat. Sz nū quid sine gaudio ē? Quo gaudio? Qđ ait apl'us. Spe gaudētes. Ibi tā regaudebit: mō adhuc spe. Ideoq; qui spe gaudēt q; certi sunt se adepturos tolerāt in torcularī oēs pressuras. propterea ⁊ ipse apostol⁹ cum dixisset spe gaudentes quasi his loqueretur qui iam in torcularī sunt: addidit statim in tribulatione patiētes. In tribulatione inquit patiētes. Quid deinde. in ōne tolerātes. Quid est tolerātes? Qz differimini. Tolerēt qđ differtur: q; cum venerit nō aufertur

Extrac. ps. cxxvii.

¶Quid sibi vult laboꝛes fructuū tuoꝛ māducabis? Modo laboꝛes habem⁹: fructus postea erit Sed quia et ipsi ⁊ laboꝛes nō sūt sine gaudio propter spem de qua apostolus ait: spe gaudētes / in tribulatione patiētes: modo nos ipsi laboꝛes nostri iocundant: et letos nos faciunt de spe. Si ergo laboꝛ noster potuit manducari ⁊ potuit iocundare: manducatus fructus ipsius laboꝛis qualis erit? Manducant laboꝛes suos qui euntes ibant et flebant mittētes semina sua. Quanto iocundi⁹ manducabunt fructus laboꝛum qui venientes venient cum exultatione portātes manipulos suos. Et vt noueritis fratres quia manducat laboꝛ iste in superioꝛe psalmo audistis dictum: qui manducatis panem doloꝛis. Iste est laboꝛ fructuum: panis doloꝛis. Nisi enim manducaretur: non dicere tur panis. Nisi aūt haberet aliquam suauitatem panis iste: nemo illum manducaret cum tāta suauitate. Plorat in gemitu qui oꝛat. Dulciores sunt lachrime oꝛantium: q; gaudia theatroꝛum. Et audi flammā desideriꝝ q; manducatur ipse panis ab illis de quibus dicit qui manducatis panē dolor⁊

ps. cxv.

Dulcoꝛ lachrymarū oꝛantiū

B ps. xli.

Alio loco dicit amās iste cuius vocem in psalmo plerūq; agnoscimus. Facte sunt michi lachrime mee panes die ac nocte. Unde facte sūt lachrime panis? dū dicitur mihi quotidie vbi est deus tu⁹.

Ex epl'a ad macedoniū vbi sapientiū mūdi sentētiam destruit in presenti misera vita beatos se esse iactantium.

Iactātia eoꝛ qui se hic beatos dicūt.

¶Omnimū supba iactātia: Si beata vita est i cruciatibus coꝛpoꝛis: cur non in ea manet sapiens vt fruatur? Si aūt misera est: quid obsecro te nisi typhus impedit ne fateatur ne oꝛet deū: ne iusto et misericoꝛdi supplicet? Qui potest vite huius mala vel aduertere vel mitigare. vel ad ea toleranda foꝛtitudine armare: vel ab eis omnino liberare: et post hec vere beatam vitam dare: quo nullū malum admittatur: ⁊ vbi summū bonum nunq; amittatur. Hoc pioꝛū primū est. Cuius adipiscēdi spe vitam istam tpalem atq; moꝛtalē nō tam delectabiliter q; tolerabiliter ducimus: et mala eius tūc bona p̄silio et diuino munere foꝛtiter ferimus: cū bonoꝛū eternoꝛ fideli dei promissione: ⁊ fideli nostra expectatione gaudemus. Ad hoc nos exhoꝛtatus apl'us ait. Spe gaudentes: in tribulatione patientes: ostendit enī quare in tribulatiōe patiētes premittendo spe gaudētes. Ad hanc spem exhoꝛtatur: per iesum x̄m dominuz nostrum. Hoc enim de⁹ ipse magister latente maiestate diuinitatis: ⁊ carnis infirmitate apparente: non solum sermonis oꝛaculo docuit: verūetiam sue passionis ⁊ resurrectionis exemplo. In altera enīz qualia tolerare: in altera qualia debeamus spare monstrauit. Istam beatā vitā solus deus veraciter cultoꝛibus suis post hanc vitā se largiturū esse promisit. Quare assuete obsecro te vir bone: beatus esse interim spe: vt sis etiā re: cuz pietati pseueratissime retribuetur merces felicitatis eterne. hinc enī ausus sum hec ad te loqui: vt tibi sapientiā qualis eē debeat ostenderē. Hec est aūt i presenti seculo verus veri dei cultus: vt sit eius certus atq; integer in futuro seculo fructus. hic constātissima pietas ibi sempiterna felicitas.

D

Non alta sapiētes: sed hūilibus consentientes.

Extrac. ps. cxviii. Hūilitas vera.

¶Unc enī erit humilitas vera: si non sola ostentetur in lingua: vt simus scōm apostolum: non alta sapientes: sed humilibus consentientes. Non ait colloquētes sed consentientes: quod nō fit oꝛe. Sed tu ypocꝛita si dicis habere cū credas te nō habere peccatū: foꝛis fingis humilitatē: int⁹ amplecteris vanitatē. Ergoꝛ in oꝛe ⁊ in coꝛde nō habes veritatem. Quid tibi prodest vidim⁹ ab hominibus humilis eē quod dicis: si deus videt altū esse quod sapis? Certe si aurib⁹ diuinū insonaret oꝛaculū: noli altū dicere nec sic immerito damnaberis: si humilis in oꝛe coꝛā hominib⁹ altū in coꝛde coꝛā dño loquereris. Cuz vero audias noli altū sapere sed time: et tu in tātum sapis altum vt te peccatū estimes non habere: ac per hoc q; nō vis timere nihil tibi aliud remanet nisi tumere.

Exhmone ō passiōe dñi. Luce. xiiii.

¶Qui se exaltat humiliabitur: et qui se humiliat exaltabit. Proinde cū apl's nos admoneat ne simus alta sapiētes: sed humilibus consentientes: cogitet si potest in q̄tum superbie p̄cipiciū ferat homo si non consenserit humili deo: ⁊ q; sit pernitiosum impatienter ferre hominē qđ voluerit dñs iustus: si patienter pertulit deus quod voluit inimicus iniustus.

D

Nolite esse prudētes apud vosmetip̄os Nulli malum pro malo reddentes: pro uidentes bona non tantum coꝛam deo: sed etiam coꝛam omnibus hominibus Si fieri potest qđ ex vobis est. cū omnibus hominibus pacem habentes.

Extract. ps. cviii. Redditio multiplex

Sex sunt in isto genere differentie: que commemoꝛate animaduerti facillime possunt. Reddere bona pro malis: nō reddere mala pro malis: reddere bona pro bonis: reddere mala p malis: nō reddere bona pro bonis: sz reddere mala pro bonis. Hoꝛū duo primabonoꝛum sunt: et eoꝛum duoꝛum primū melius. Postrema duo maloꝛū: et eoꝛum posterius deterius. Duo media quodāmodo mediocria: sed eoꝛum prius propinquat bonis: posteri⁹ propinquat malis. hec in scripturis sactis oppoꝛtet attendere. Reddidit bona pro malis ipse dñs qui iustificat impiū: et pēdens in cruce dixit. Pater ignosce illis q; nesciunt quid faciūt. Cuius vestigia secutus stephanus fixo genu oꝛauit pro lapidātibus dicens. Domīe ne statuas illis hoc peccatum. Ad quam rem hoc preceptū pertinet. diligite inimicos vestros: benefacite his qui oderunt vos: et oꝛate pro eis qui vos persequuntur. Mala pro malis non esse reddenda paulus apostol⁹ dicit. Nulli malum pro malo reddentes. Et apl'us petrus. Non reddentes malum pro malo: vel maledictū pro maledicto. Unde et in psalmo legitur

Luce. xxiii.

Actu. vii.

Matthei. v.

i. Petri. iii.

Si reddidi retribuentibus mihi mala. Duorū postremorum illud mitius ad nouem leprosos pertinet: qui cū mundati essent a domino gratias non egerunt: illud vero vltimum quo nihil est penis ad hos pertinet de quibus in psalmo ipso legitur pro eo vt diligerent me detrahebant mihi. Dilectionē quippe debebant tantis domini beneficijs: quam non solum minime reddebant verumetiam pro illo bono irrogabant malum. Duo vero media que diximus hominum quodāmodo esse mediorum: ita se habent vt eorum prius quod est reddere bona pro bonis habeant & boni: et mediocriter boni vel mediocriter mali. Ideo dominus hoc non reprehendit: sed non vult in eo solo suos discipulos permanere: quos vult ad maiora prouehere quibus ait. Si dilexeritis eos qui vos diligunt id est reddideritis bona pro bonis quaz mercedem habebitis: id est quid magnum facitis? Nonne & publicani hoc faciunt? Vult autem illos et hoc facere et longe amplius: ideſt vt non solum amicos verumetiam inimicos diligant. Posthec autem qō est reddere mala pro malis habent et mali et mediocriter mali vel mediocriter boni vsqz adeo vt lex eis dederit vlciscendi modum: oculum pro oculo / dentem pro dente: que si dici potest iniustorum iusticia est: non quia iniquum est vt recipiat quisqz quod fecerit: alioquin lex nequaqz ea cōstitueret: sed quia vlciscendi libido vitiosa est: magisqz ad iudicium pertinet inter alios hoc discernere qz bonum hominē sibi expetere.

ps. vii.

ps. cviii.

Non vosmetipsos defendentes charissimi: sed date locum ire. Scriptum est enī Mihi vindictam: et ego retribuam dicit dominus.

H Extracta. ps lxxviij. Martyres vindictā a dño petere qliter intelligēdū.

QUod scriptuz est in apocalipsi sub ara dei martyres ad deū clamare & dicere quousqz domine nō vindicas sanguinē nostrū: non est pretereunduz qz admodum accipi oporteat: ne propter exsaturandum odium credantur sancti desiderare vindictam: qō ab eorū perfectione longe abest. Sed tamen scriptum est. Letabit iustus cū viderit vindictam impiorum: manus suas lauabit in sanguine peccatoris. Et apl's ait. Nō vosmetipsos vindicātes charissimi: sed date locum ire. Scriptum est enī. Mihi vindictam et ego retribuā dicit dominus. Nec ipse itaqz precepit aut noluit vindicari: sed non vt seipsi vindicantes dent locū ire dei qui dixit. Mihi vidictā ego retribuā Et dñs in euangelio. Viduam proponit in similitudinē que vindicari desiderans iudicem interpellabat iniustū: qui eā tandem aliquando non iusticia ductus sed tedio victus audiuit. Hoc autē dñs proposuit: vt ostenderet multomagis deū iustuz cito facturū iudicium electorū suorum qui ad illū clamant die ac nocte. Inde est et ille sub ara dei martyrum clamor vt dei iudicio vindicentur. Vbi est ergo illud diligite inimicos vestros: benefacite his qui oderūt vos: et orate pro eis qui vos persequuntur. Vbi est illud non reddentes malū pro malo vel maledictū pro maledicto: & nulli malū pro malo reddentes? Si enim malū pro malo non est cuiqz reddenduz non solū factum malū pro facto malo: sed nec votum malum reddendum est pro facto vel voto malo. Reddit autē votum malū qui etiam si non ipse vindicat tamen vt eius inimicū deus puniat expectat atqz optat. Quapropter cū et homo iustus et homo malus de inimicis suis velint a domino vindicari: vnde discernuntur nisi quia iustus magis cupit inimicum suum corrigi qz puniri? Et cum in eum videt a domino vindicari nō eius delectatur pena quia non eum odit sz diuina iusticia quia deum diligit. Deniqz si in hoc seculo in eum vindicatur vel pro illo etiaz letatur si corrigitur vel certe pro alijs vt cū timeant imitari. Ipse quoqz fit melior nō supplicio illius odia sua pascendo sz errata emendando. Ac per hoc de beniuolentia nō de malicia est q letatur iustus cū videt vindictam et manus suas lauat ideſt opera mundiora efficit in sanguine: hoc est in exitio peccatoris: sumēs inde non mali alieni gaudium sed diuine admonitiōis exemplum. Si autē in futuro seculo vltimo dei iudicio vindicatur. hoc ei placet qō dño: ne bene sit malis: ne piorum premijs etiā impij perfruantur: quod vtiqz iniustū est: et a regula veritatis quam iustus diligit alienum. Cum enī nos ad diligendos inimicos dñs hortaretur: exemplū proposuit patris nostri qui in celis est: qui facit solē suū oriri super bonos & malos: et pluit super iustos et iniustos. Nunqz tñ ideo vel talibus correctionibus non emendat: vel pertinaciter duros in fine non dānat? Sic ergo inimicus diligatur vt non displiceat dei iusticia qua punitur. Et sic placeat iusticia qua punitur vt non de malo eius: sed de bono iudice gaudeatur. Maliuolus vero animus contristatur si eius inimicus correptus euaserit penam: et cuz puniri eū videt vindicari se ita gaudet: vt non iusticia dei quem non diligit sed illius quem odit miseria delectetur. Et cū deo dimittit iudicium vt plus noceat deus qz ipse potest nocere exoptat. Et cum cibū dat inimico esurienti potūqz sitienti: malicioſe sapit quod scriptū est. Hoc enim faciens carbones ignis congeres super caput eius. Agit enī vt amplius aggrauet et ei excitet indignationez dei quā carbonibus ignis significari putat: non intelligens illum ignem esse penitentie vrentē dolore: quo cuiusqz caput erectuz superbia beneficijs inimici ad humilitatem salubrem deponit: et in bono illius huius malum vincitur. Vnde apostol9 vigilanter adiunxit. Noli vinci a malo sed vince in bono malū. Quomodo autē potest vincere in bono maluz in superficie bonus et in alto mal9? Qui opere parcit & corde seuit manu mitis voluntarie crudelis.

ps. lvii.

Matth. v.

Maliuol9 anim9 qlit inimici vindictā qrit.

Vincit9 non vincit i bono malum

Sed si esurierit inimicus tuus ciba illū Si sitit potum da illi. Hoc enim faciēs carbones ignis congeres super caput eius.

Ex libro de doctrina xpiana. iii. Regula i figuratis locutionib9 seruāda.

SEruabitur ergo in locutionibus figuratis regula huiusmodi: vt tandiu versetur diligenti consideratione quod legitur donec ad regnū charitatis interpretatio perducatur. Si autē hoc iā prope sonat nulla putetur figurata locutio. Si preceptiua locutio est: aut flagitiū aut facinus vetans: aut vtilitatem aut beneficentiam iubens: non est figurata Si autem flagitium aut facinus iubetur iubere: aut vtilitatem / aut beneficentiam vetare: figurata est. Ait scriptura. Si esurierit inimicus tuus ciba illum. Si sitit potum da illi. Hic nullo dubitāte beneficentiā precipit. Sed quod sequitur. hoc enī faciens carbones ignis cōgeres super caput eius: maliuolentie facinus putes iuberi. Ne igit dubitaueris figurate dictuz. Et cum possit dupli

Per carbões ignis q̃d intelligi potest.

citer interpretari: vno modo ad nocendum / altero ad prestandum: ad beneficentiaz te potius charitas reuocet vt itelligas carbones ignis esse vrẽtes penitentie gemitus: quibus superbia sanatur eius qui dolet se inimicũ fuisse hois a quo eius miserie subuenitur.

Noli vinci a malo: sed vince in bono malum.

Extractatu. pl. xxvi.

Ex ꝓmõe de natali sci laurentii.

Qui in malũ seuit se quoq; malũ facit.

SOntende cũ malo: sz de bonitate. Ipa enim est vera contentio: vel certamen salubze: vt sit bonus contra maluz: nõ vt sint duo mali.

CSi tu iã non es malus: opta malo vt sit bonus. Quid seuis in malos? Quia mali sunt inquis. Addis te illis: seuiendo in illos. Consiliũ do. displicet tibi malus: non sint duo. Reprehendis sed adiungeris. auges eius numerũ quẽ condemnas. Malovis vincere malũ de malitia vincere maliciam. Erunt due malicie ãbe vincende. Non audis consiliũ dñi tui per apostoluz? Non vinci a malo: sed vince in bono malum. Forte ille peior est q̃ tu sis duo tñ mali. Ego vellẽ vt vel vnus esset bonus.

Capitulum xiij.

Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit.

Extractatu. euãgelii ꝓm iohãnẽ. cii.

Ex ꝓmone ō ꝑbis euangelij seu dñi. vj

Prelatus bonꝰ nutritor ẽ malꝰ tentator.

CA parte superiore significatus est homo totus. Quid enĩ dixit. Omis aia nisi omis homo.

CBonus si fuerit qui tibi preest nutritor tuus est: malus si fuerit tẽtator tuus est. Et nutrimenta libenter accipe: z in tẽtatione approbare. Esto aurũ: attende mundũ istũ tanq̃ fornacẽ aurificis In vno angusto loco tria sunt: aurũ / palea / ignis. Ad illa duo ignis apponitur. palea vritur: aurum purgatur. Cessit nescio quis minis: et adductꝰ est ad idolũ. Ue mihi quia paleã plango: cinerem video. Alius non cessit minis: non cessit terroribus. Adductus ad iudicẽ stetit in confessione sua: non est flexus ad idolũ. Quid facit flãma? Nonne aurũ purgat? State in dño fratres potentior est qui vocauit vos. Minas ipiorũ ne timueritis: inimicos patimini: habebitis ꝓ quibus oretis: prosus non vos terreãt. Hec est sanitas. haurite hinc in isto conuiuio: hic bibite vnde satiemini: nõ illic vnde insaniatis. State in domino. Argentei estis: aurum eritis. Ista similitudo non a nobis est: de diuina scriptura est. legistis / audistis. Sicut aurum in fornace probauit illos et sicut holocaustũ hostiam accepit illos. Ecce quid erit. Ad thesauros dei estote diuites de deo: non eum facturi diuitem sed de illo futuri diuites impleat vos. Aliud non admittatis ad cor vestrum. Nunquid in superbiam vos erigimus: aut dicimus vobis vt aduersus potestates ordinatas contemptores sitis? Non hoc dicimus. Qui et hinc egrotatis tãgite et hinc illam fimbriam vestimenti. Ipse dicit apostolus. [Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit.]

Tribulatio bonos ꝓficit malos absumit.

Sapiẽtie. iij

Non enim est potestas nisi a deo. Que autem sunt a deo ordinata sunt. Qui autem resistit ptãti: dei ordinationi resistit Qui aũt resistunt: ipsi sibi dãnationẽ acquirũt. Nam principes non sunt timori boni operis sed mali.

SEd quid si illud iubeat quod non debes facere? Hic sane contẽne potestatẽ: timendo potestatẽ. Ipsos hũanarũ rerũ gradus aduertite. Si aliquid iusserit curator nõne faciendũ est? Tamen si contra proconsulẽ iubeat non vtiq; contemnis potestatem: sed eligis maiori seruire. Nec hinc debet minor irasci: si maior prelatus est. Rursuz si aliquid ipse proconsul iubeat: et aliud iubeat imperator: nunquid dubitatur isto contempto illi esse seruiẽdum? Ergo si aliud imperator z aliud deus. quid iudicatis? Minor potestas da veniam. Tu carcerem / ille gehennam minatur. Hic iam tibi assumenda est fides tua tanq̃ scutũ: in quo possis omnia ignita iacula inimici extinguere. Sed insidiatur contra te potens: et molitur contra te potens Quid times hominem o homo? In dei sinu positus sta: de illi⁹ sinu noli cadere. Quicquid ibi passus fueris: ad salutem valebit non ad perniciem. Laniatus membrorum martyres pertulerunt: et timent christiani iniurias temporum christianorum? Qui tibi facit iniuriam modo: timens facit. Non dicit aperte: veni ad aras meas ibi cõuiuare Mõ audet dicere: sed alia machinatur dolose. Ablaturus est superflua tua rasur⁹ quicquid relicturus es tollat quicquid permanebit si põt. Quid tulit potẽs nocẽs? Quid magnũ tulit? Quod fur: qõ effractor. vt multum seuiat: quod latro. Si et ad ipsum corpus occidendum permissus fuerit: quid tollit nisi quod latro? Honorauit cũ dixit latro. Mã qualiscũq; latro homo est. Quod febꝛ / quod scorpius / quod fungus malus. Ista tota potentia seuientium est: facere quod fungus. Manducant homines fungum malum: et moriuntur. Ecce in qua fragilitate est vita humana quam quandoq; relicturus es: noli pro illa sic pugnare vt tu relinquaris. vita nostra christus est. Christuz attende. Pati venit sed et glorificari: contemni / sed etiã exaltari / mori / sed etiam resurgere. Opus te terret: mercedem vide. Quare vis peruenire delicatus ad eam rem ad quã non perduxit nisi labor?

Quali mõ obedientia est exhibẽda.

xi.q.iii. Qui resistit.

Ephe.vi.

Patiẽtia habẽda ẽ de prelato nõ bñ precipiẽte.

Ex epla ad macedoniũ de religiosa ecclĩastice ꝓsuetudinis humanitate interuentẽdi pro reis

CProdest ergo et seueritas vestra cuius ministerio quies adiuuatur et nostra. prodest et intercessio nostra cuius ministerio seueritas temperatur et vestra. Non vobis displiceat q̃ rogamini a bonis: q̃z nec nobis displicet q̃ timemini a malis. Nam hominuz iniquitatẽ etiã apostolus paulus non tantũ iudicio futuro: verũetiã de presentibus nostris secularibus potestatibus terruit: asserens et ipsas ad dispensationẽ diuine prouidentie pertinere. Omnis inquit anima potestatibus sublimioribus subdita sit. Non est enĩ potestas nisi a deo Que aũt sunt a deo ordinata sunt. Quapropter q̃ resistit potestati dei ordinationi resistit. Qui autẽ resistunt ipsi sibi iudiciũ acquirunt. Principes enĩ nõ sunt timori boni operis: sed mali. Vis autẽ nõ timere potestatẽ? Bonũ fac / et laudẽ habebis ex illa. Dei enĩ minister est tibi in bonũ. q̃ si maluz feceris time. Non enĩ frustra gladiũ portat. dei enĩ minister est: vindex in irã ei qui malũ agit. Ideo q̃ necessitate subditi estote: non solũ propter irã sed et propter conscientiã. Ideo enĩ et tributa prestatis. Ministri enĩ dei sunt in hoc ipsum perseuerãtes. Reddite oĩbus debita: cui tributũ tributũ.

Principes q̃b⁹ timẽdi

cui vectigal vectigal: cui timorē timorē: cui honorē honorē. Nemini quicq̄ debeatis nisi vt inuicez diligatis. Hec verba apostoli: vtilitatem vestre ueritatis ostendūt. Proinde sicut dilectionē iussi sunt terrentibus debere qui timent: ita dilectionē timentibus iussi sunt debere qui terrent. Nihil nocendi cupiditate fiat: sed omnia consulendi charitate. et nihil fiat immaniter nihil inhumaniter. ita formidabitur vltio cognitoris vt nec intercessoris religio contēnatur: quia et plectendo et ignoscendo hoc solū bene agitur vt vita hominum corrigatur. q̄ si tanta est peruersitas ⁊ impietas vt ei corrigende nec disciplīne nec venie remedia suffragentur a bonis tamen intentione atq̄ conscientia quam deus cernit siue seueritate / siue lenitate non nisi officium dilectionis impleatur.

Non est enim potestas nisi a deo. Que autē sunt a deo ordinata sunt]

Ex libro de genesi ad litteram. xi. Ro. ix.

¶ Nocendi autem volūtas potest esse a suo quoq̄ aīmo prava. Non est autē potestas nisi a deo. ⁊ hoc abdita altaq̄ iusticia: quoniā non est iniquitas apud deum

Ex tractatu pi. xxxij.

¶ Malitia hominum cupiditatē nocendi potest habere propriam: potestatē autē si ille non dat nō habet. Non enī est potestas nisi a deo. Diffinitiua sententia apostoli est. Non dixit non est cupiditas nisi a deo. Est enim mala cupiditas: que non est a deo. Sed q̄ ipsa mala cupiditas nulli nocet si ille non permittat: non est inquit potestas nisi a deo. Unde deus homo stans ante hominē non haberes (inquit) ptātē nisi data tibi fuisset desup. Iste iudicabat: ille docebat. Cū iudicabatur docebat: vt iudicaret quos docuerat. Non haberes inquit in me potestatez nisi data esset tibi desuper. Quid est hoc? Homo tantū non habet potestatē: nisi cū acceperit desuper? Quid ipe diabolus? Ausus est vel vnā ouiculam tollere viro sancto iob nisi pri⁹ diceret mitte manum tuā? Hoc est da potestatem Ille volebat: sed ille non sinebat. Quādo ille promisit: ille potuit. Non ergo ille potuit: sed qui permisit. Ideo bene eruditus ipse iob: non ait dominus dedit ⁊ diabolus abstulit: sed dominus dedit et dominus abstulit. Sicut domino placuit ita factū est: non sicut diabolo placuit.

Joha. xix.

Diabolus nullā ptātez hz nisi datā desuper. Job. i.

tibi supra.

Ex libro de natura boni Prouer. viij

¶ Quia etiam nocentium potestas non est nisi a deo sicut scriptum est loquente sapiētia. Per me reges regnant et tyrāni per me tenent terram. Dicit ⁊ apostolus. Non est enim potestas nisi a deo Digne autem fieri in libro iob scriptū est. Qui regnare facit inquit hominem ypocritā propter peruersitatē populi. Et de populo israel dicit de⁹ dedi eis regem in ira mea. Iniustū enī non est vt improbis accipientibus nocēdi potestatem bonorū patientia probetur et malorū iniquitas puniatur Nam per potestatem diabolo datā et iob probatus est vt iustus appareret: et petrus tentatus ne de se presumeret: et paulus colaphizatus ne se extolleret: et iudas dānatus vt se suspenderet. Cuz ergo p potestatē quā diabolo dedit oia iuste ipse deus fecerit: non tamen pro his iustificatis sed pro iniqua nocendi voluntate que ipsius diaboli fuit ei reddetur in fine supplicīū: cū dicetur ipijs qui eius nequitie consentire perseueraverint: ite in ignem eternum quem parauit pater meus diabolo et angelis eius.

Job. xxxiiij.

Osee. xiii.

Nocendi potestas bōis ⁊ malis pdest.

Matthe. xxv

Vis autem non timere potestatem? bonum fac: et habebis laudē ex illa. Dei enim minister est tibi in bonum.

Quid ergo (ait aliquis) Sanctus laurētius malū fecerat vt a potestate occideretur? Quomodo in illo ipletū est. Bonū fac et habebis laudē ex illa: quādo faciendo bonum tantos cruciatus habuit ex illa? Martyr sanctus laurentius si non haberet laudē ex illa hodie non honoraretur: non a nobis predicaretur: non tanto preconio laudaret. Habet ergo laudem ex illa. Quid enī ait apostolus. Bonuz fac: ⁊ laudabit te potestas ipsa. Bonū enim fecerunt omnes apostoli et martyres et non eos laudauerunt: sed interfecerūt potius potestates. Ergo si diceret bonū fac et laudabit te: deceperat te Modo autem temperauit verba: circūspexit: appendit: moderatus est: circūcidit. Dicite quid audistis. Bonū fac: ⁊ habebis laudem ex illa. Si enī iusta ē potestas: habebis laudem ex illa: etiā ipsa laudante. Si autem iniqua est: mortuus pro fide pro iusticia / pro veritate / habebis laudem ex illa etiam illa seuiente. Ex illa enim habebis non ipa laudante sed ipsa tibi laudis occasionē prebente.

Ex sīmōe de natali sci laurentii.

Laudem hīt martyres ex bono q̄uis h̄ crucietur.

Si autem malum feceris: time. Nō enī sine causa gladium portat. Dei enim minister est: vindex in iraz et qui male agit

Ex epistola ad aprīngium vbi pro donatistis donatistaq̄ insectatoribꝰ vel etiā necatoribꝰ itercedit. Devobis q̄dez dixisse aplm legimꝰ q̄ nō sine causa gladiū geratis: et ministri dei sitis: vidices in illos q̄ male agūt. Sz alia causa est prouicie: alia causa ē eccle. Illi⁹ terribiliter gerēda ē admīstratio: hui⁹ clementer pmendanda est mansuetudo. ne passiones seruorum dei catholicorū que prodesse debēt ad exempla patientie inimicorum suorum sanguine fedentur. Cur non flectas in prouidentiorem partem leniorēq̄ sententiam quod licet iudicib⁹ facere etiam nō in causis ecclesie? Time ergo nobiscū iudiciū dei prīs. et pmēda māsuetudinē matris. Cum enī tu facis ecclesia facit propter quaz facis: et cuius filius facis. Contende bonitate cū malis. Illi scelere imani mēbra de corpore viuo vulserunt: tu opere misericordie effice: vt illa que nefandis operibus exercebant alicui vtili operi integra eorum mēbra deseruiant. Illi non pepercerunt correptionem sibi predicantibus dei seruis: tu parce comprehēsis / parce perductis / parce conuictis. Illi impio ferro fuderunt sanguinez christianorum tu ab eorum sanguine etiam iuridicum gladiū cohibe propter christum. Illi ministro ecclesie occiso extorserunt spaciū viuendi: tu inimicis ecclesie viuentibus relaxa spacium penitendi. Talem te oportet esse in causa ecclesie iudicem christianum petentibus / monentibus: intercedentibus nobis.

Alia cā p' uincie est alia eccle

Ideo necessitate subditi estote non solū propter iram sed propter conscientiam Ideo enī et tributa prestatis. Ministri enim dei sunt: in hoc ipsum seruientes. Reddite ergo oībus ōbita. Cui tributū tributuz: cui vectigal vectigal: cui timorem timorem: cui honorem honorem.

In expositione epīe ad galathas.

In fide christi non est distantia iudei et greci: non serui nec liberi: non masculi et femine. Inc̄tū enim omnes fideles sunt: omnes vnū sunt in christo iesu. Et

A

si hoc facit fides per quam in hac vita iuste ambulatur: ꝙto perfectius atq; cumulatius id spēs ipa factura est cū videbimus facie ad faciem? Nā nūc ꝙuis primitias habentes spiritus qui vita est propter iusticiam fidei: tamen q; adhuc mortuum est corpus propter peccatum: differentia ista vel gentium vel condictionis vel sexus iamquidem ablata est ab vnitate fidei sed manet in conuersatione mortali eiusq; ordinē in huius vite itinere seruandum esse et apostoli precipiūt: qui etiā regulas salluberrimas tradunt quēadmodū secum viuant: et pro differentia gentis iudei et greci/ꝛ pro differentia ꝺdictionis dñi et serui/et pro differentia sexus viri ꝛ vxoris vel si qua talia cetera occurrāt. Et ipse prior dominus qui ait. Reddite que sunt cesaris cesari: et deo que dei sunt. Alia sunt enīz q̄ seruamus in vnitate fidei sine vlla distantia: et alia in ordine vite huius tanq̄ in via ne nomen dñi ꝛ doctrina blasphemetur. Et hoc non solum propter iram vt effugiamus offensionē hoīm: ſz etiā propter conscientiā: vt non simulate quasi ad oculos hominū ista faciamus: sed pura dilectionis cōscientia propter deū: qui oēs hoines vult saluos fieri et in agnitionem veritatis venire.

Fides differētiā nō admittit.

Matth. xxij.

i. Thimo. ij.

Nemini quicq̄ debeatis nisi vt inuicez diligatis.

Exepta ad seuerū ep̄m. Charitat̄ p̄mēdatio

Charitatē tanto magis debemus: ꝙto amplius impenderimus. Cuius nos perpetuos debitores ostendit apostolus dicens. Nemini quicq̄ debeatis nisi vt inuicem diligatis. ꝙq̄ si diligētius precepta domini cogitemus: reddim⁹ potius q̄ donamus si nemini quicq̄ debendum est nisi vt inuicem diligamus. Ipa quippe dilectio exigit debitum: vt fraterne charitati seruientes eum qui se adiuuari recte velit in quo possumus adiuuemus: semper existentes debitores charitatis. Ipsa est enī que semp̄ redditur et semper debetur.

B

Exepta ad celestinū dia conū. Charitas reddita debitorē detinet.

Sanctitati tue salutationē debitaz reddo: semper autem debeo charitatē que sola etiam reddita semper debitorē detinet. Redditur enī cum impendit: debet aūt etiam si reddita fuerit: q; nullū tempus est quando impendenda iā non sit: nec cū redditur amittitur. sed potius reddēdo multiplicatur. Habendo enī redditur: non carēdo. Et cū reddi nō possit nisi habeatur: nec haberi potest nisi reddatur imo etiam cū redditur ab hoīe crescit in hoīe ꝛ tāto maior acquirit ꝙto pluriꝰ redditur Quomodo aūt negetur amicis q̄ debetur et inimicis? Sed inimicis cauta impenditur: amicis secura rependitur. Agit tamen ꝙtum pōt vt ab his etiā quibus pro malis bona tribuit id reciplat qō impedit. Optamus quippe fieri amicū quez veraciter diligimus inimicū: q; non eū diligimus nisi velimus bonū. Quod vtiq; nō erit: nisi admiserit inimicitiarum malum. Non ergo sic impenditur charitas vt pecunia. Excepto enī q̄ illa impendēdo minuitur: hec augetur: etiam illo inter se differunt q̄ pecuniam cui dederimus tūc ei beniuolētiores erimus: si recipere nō queramus. Non aūt potest esse verus charitatis ipensor nisi fuerit benignus exactor: quoniā pecunia cū recipitur accedit cui datur: ſz recedit a quo datur. Charitas vero non solum apud eū crescit qui hanc ab eo quez diligit exigit/etiā si non recipit. sed etiaz ille a quo eam recipit tunc incipit habere cū reddit. Proinde domine frater mutuam tibi charitatem libens reddo: gaudensq; recipio. Quaz recipio adhuc repeto: quā reddo adhuc debeo. Unū enī magistrū apud quē condiscipuli sumus: per eius apostoluz dociles audire debem⁹ precipientē atq; dicentez Nemini quicq̄ debeatis nisi vt inuicē diligatis.

Charitas ipēsa multiplicatur.

Qui enim diligit proximum legem impleuit.

Fides enī sicut apostolus ait: p dilectionē operatur. Unde itē dicit. Qui enim diligit alterū: legem ipleuit. Istaz charitatē quia veniens christus per spiritum sanctū quē promissum misit: in manifestatione donauit: qua sola charitate iusticia legis poſz impleri: propterea dixit non veni soluere legē sed adimplere. Hoc est nouū testamentuz quod huic dilectioni hereditas regni celorum promittitur: quod in figuris veteris testamenti pro temporuz distributione tegebatur. Unde idē dicit. Mandatum nouū do vobis vt vos inuicem diligatis.

Ex libro contra faustū.

Matthe. v.

Johan. xiij.

Hec est autē vera dilectio vt inherentes veritati iuste viuamus: et ideo cōtemnamus omnia mortalia pre amore hominū quo eos volum⁹ iuste viuere. Ita enī ꝛ mori pro fratribus vtiliter parati esse poterimus: quod nos dñs ihesus christus exēplo suo docuit. Cū enī duo precepta sint in quib⁹ tota lex pendet ꝛ prophete: dilectio dei: ꝛ dilectio proximi: nō immerito plerūq; scriptura pro vtroq; vnū ponit: siue tantum dei: sicut est illud: scim⁹ quoniā diligentibus deuz omnia cooperantur in bonum. Et iterū. Quisquis autem diligit deū hic cognitus est ab illo. Et illud quoniā charitas dei diffusa est in cordibus nostris per spirituz sanctū qui datus est nobis ꝛ alia multa: quia et qui diligit deū consequēs est vt faciat quod precipit de⁹ et in tantum diligit inquantuz facit. Consequens ergo est vt proximū diligat quia hoc precepit de⁹ siue tantum proximi dilectionez scriptura commorat sicut est illud. Inuicem onera vestra portate: et sic adimplebitis legem christi. Et illud. Dis enī lex in vno sermōe impletur in eo quod scriptū est: diliges proximū tuum tanquam teipsum. Et in euangelio. Omnia quecunq; vultis vt faciant vobis homines et vos facite eis. Hec est enim lex et prophete. Et pleraq; talia reperimus in litteris sanctis: in quibus sola dilectio proximi ad perfectionē precipi videtur: et taceri de dilectione dei cum in vtroq; precepto lex pendeat et prophete. Sed hoc ideo q; et qui proximum diligit ꝓseqūs est vt ipsam precipue dilectionē diligat. Deus autem dilectio est: et qui manet in dilectione in deo manet. Consequens ergo est vt precipue deum diligat.

Precepta duo charitatis vnū sunt.

Ro. viij.

i. Cor. viij.

Ro. v.

Gala. vj.

Gala. v.

Matth. vij.

i. Joan. iiij.

Queri potest cur apostolus solam commemorauerit proximi dilectionem qua legem dixit impleri. qui enī diligit alterum (inquit) legem impleuit. Nam non adulterabis/non homicidiū facies non furaberis/non concupisces/ꝛ si quod aliud ē mandatum in hoc sermone recuperatur: diliges proximum tuum sicut teipsum. Dilectio proximi malum non operatur. plenitudo enim legis charitas. Cur apostolus solam proximi dilectionem cōmemorat nisi quia dilectionem dei possunt homines mentiri. quia rariores tentationes eam probant? In dilectione autem proximi facilius conuincuntur eam non habere: dum inique cuz hominibus agunt. Consequens est autem vt qui ex toto corde/ex tota anima/ex tota mente deum diligit proximi.

In expositōe epl̄e ad galatas.

In q̄b⁹ p̄batur dilectio dī aut proximi.

gít/dílígat et prǒxímum tanq̄ seípsum: quía hoc
iubet ílle quē ex toto cǒrde/et ex tota anima/ꝛ ex
tota mente dílígit. Item díligere prǒxímum ídest
omnē hominem tanq̄ seípsuz quis potest nísi deū
díligat? cuius precepto et dono dílectionē prǒxí-
mi possit ímplere? Cum ergo preceptum vtrunq̄
sit: vt neutrum sine altero possit teneri etiam vnū
hǒrum commemǒrare plerūq̄ sufficit cuz agitur
de operibus iusticie: sed opǒrtunius illud de quo
facílius quísq̄ conuíncitur. Vnde et Iohannes dí-
cit. Qui enī non dílígit fratrem suum quem videt
deum quem non videt quomodo potest dílígere?
Mentiebantur enī quídam dílectionem dei se ha
bere et de odío fraterno eam non habere conuín-
cebātur: de quo iudicare in quotídiana vítaz mo-
ribus perfacile est.

t. Johā. iiij.

Nam non adulterabis: nō occides: nō furaberis: non falsum testimoniū dices non concupísces: ꝛ si quod est aliud mā datum in hoc verbo ístauratur: dílíges prǒximum tanq̄ teípsum.

Ex libro ad hieronymū scdo.

Charitatē habens quō oñes ⁊tutes habeat.

QUr ergo non dícimus qui hanc vírtutē habet habere omnes: cū plenitudo le-
gis sit charitas? An q̄ tomagis est i ho
mine tanto magis est vírtute preditus
q̄to autem mínus tanto mínus ínest vírtus: qz ípa
est vírtus: et quanto mínus ínest vírtus: tanto ma
gis est vítium. Vbi ílla plena et perfecta fuerit ní-
hil ex vítio remanebit.

Ex tractatu euāgelij ſm iohānē. lxij.

MOlite ítaq̄ putare fratres mei ín hoc qō ait
dǒminus. Mandatum nouum do vobis vt vos ín
uicem dílígatis: illud malus preterméssū esse mā
datum quo precípitur vt dílígamus dǒminū de-
um nostrum ex toto cǒrde/et ex tota anima/et ex
tota mente. Tanq̄ enim hoc preterméssō vídetur
dictum vt dílígatis ínuicem velut hoc ad illud al-
terum pertíneat quod dictū est: dílíges prǒxímū
tuum tanq̄ teípsum. Jn his enim duobus precē-
ptis ínquit. tota lex pendet et prophete. Sed be-
ne ínteligentibus vtrumq̄ ínuenítur ín sínguli.
Nam et qui dílígit deum: non potest eū contēne
re precípientem vt dílígat prǒxímum. Et qui san
cte ac spíritaliter dílígit prǒxímum: quid in eo dí-
lígit nísi deum? Ipsa est dílectio ab omni munda
na dílectione dísereta: quam dístinguendo addí-
dit dǒminus sícut dílexi vos. Quid enim nísi de-
um dílexit in nobis? Non quod habebam⁹ sed vt
haberemus: vt perducat nos vbi sit deus omnia
in omnibus. Sic etiā medicus recte dícitur egros
dílígere. Et quid in eis dílígit nísi salutem quam
cupit vtiq̄ reuocare: non mǒrbum quem venit ex
pellere? Sic ergo et nos ínuicem dílígamus vt q̄
tum possumus ínuicem ad habendū in nobis de-
um cura dílectionis attrahamus. Hanc dílectiō-
nem donat ípse nobis qui ait. sícut dílexí vos: vt ꝛ
vos dílígatis ínuicem. Ad hoc ergo nos dílexit:
vt et nos dílígamus ínuicez: hoc nobis conferēs
dílígendo nos vt mutua dílectione cōstríngamur
ínter nos: et tam dulcí vínculo connexis membzis
cǒrpus tanti capítis símus.

Qualis debeat eē dílectio prǒximi.

Johan. xiij.

Ex libro de doctrina xpiana. i.

Homo optim⁹ q̄s sit

CTunc quippe est optímus homo: cum tota ví-
ta sua pergit ín incommutabilem vítam: et toto af
fectu ínheret ílli. Si autez se prǒpter se dílígit: nō
se refert ad deum: sed ad seípsum conuersus non
ad incommutabile aliquid conuértitur: ꝛ prǒpter
ea iam cum defectu aliquo se fruítur: quia melíoz
est cum totus heret: atq̄ constríngitur incommu-
tabili bono: q̄ cum índe vel ad seípsum relaxatur
Si ergo teípsum non prǒpter te debes dílígere:
sed prǒpter illum vbi dílectionis tue rectíssimus
fínis est: non succenseat alius homo si etiam ípm
prǒpter deum dílígis. Hec enim regula dílectōis
diuínitus constítuta est. Dílíges ínquit prǒxímū
tuum tanq̄ teípsum. Deum vero ex toto cǒrde/et
ex tota aīma/ꝛ ex tota mēte/vt omnes cogitatiō-
nes tuas/et omnem vítam/et omnem ínteléctuz
ín illum conferas a quo habes ea ípsa que cōfers
Cum autem ait: toto cǒrde/tota anima/tota men
te/nullam vite nostre partem relíquit: que vacare
debeat: et quasi locum dare vt re alia velit frui: sz
quícquid aliud dílígendum venerit ín animum íl-
luc rapiatur quo totus dílectionis ímpetus currit
Quísquis ergo recte dílígit prǒxímum: hoc cū eo
debet agere vt ípse etiā toto cǒrde/tota anima/to
ta mente dílígat deum. Sic enim eum dílígens tā
q̄ seípsum/totam dílectionem sui et illius refert ín
dílectionem dei que nullum a se ríuulum duci ex
tra patítur: cuius derúatione mínuatur.

Matth. xxij. Dilectio dei q̄lis eē debeat.

Ex ſmōe de decē chordis

Precep tozū decalogi di uiſio.

CDecalogus legis decem precepta habet que
sic sunt dístributa. vt tria pertíneant ad deum: se-
ptem pertíneant ad hóminem. Est enim bellum
qō secum agit homo dímicans ptra pcupíscētias
malas: frenans auarítiam: elídens superbiaz/suf-
focās ambítionem/trucídans libídinem. Has pu
gnas fac ín occulto: et non víncaris ín aperto. Ad
hoc docentur manus vestre ad prélium. Non est
hoc ín spectaculis vestris venator quod cytarísta
Aliud agit venator: aliud cytharísta. Jn spectacu
lo dei vnum est. Tangis easdem decem cǒrdas: ꝛ
feras occídis. vtrunq̄ símul facis. Tangis primā
cǒrdam qua vnus cólitur deus: cecídit bestia su-
pstítionis. Tangis secundam qua non accípis nō-
men dómini dei tui ín vanum: cecídit bestia erro-
ris/nefandaq̄ heresum. Tangis tertiam cǒrdam
vbi prǒ spe future quietis facis quícquid facis: ín
terfícitur crudelíor ceteris bestijs amor seculi hu
ius. propter amorem seculi huius labǒrant homi
nes ín omnibus negocijs. Tu autem ín omnibus
operibus tuis labǒra non prǒpter amorē seculi: sz
prǒ sempíterna requíe quam prómittit deus. Hō
nora patrem tuum et matrem tuam. Tāgis quar-
tam cǒrdam: vt honorem parentibus déferas:
cecídit bestia ímpietatis. Non mechaberis. Tan-
gis quintam cǒrdam. Cecídit bestia libídinis. Nō
occides. Tangis sextam cǒrdam. Cecídit bestia
crudelitatis. Non furtum facies. Tangis septi-
mam cǒrdam. Cecídit bestia rapacitatis. Non fal
sum testimonium dices. Tangis octauam cǒrdā
Cecídit bestia falsitatis. Non concupísces vxorē
prǒximi tui. Tangis nonam cǒrdam. Cecídit be-
stia adulterine cogitationis. Aliud est enim nō fa-
cere aliquid tale preter vxorem: aliud non appe
tere alienam vxorem. Jdeo duo precepta sunt:
non mechaberis et non concupísces vxorem
prǒximi tui. Non concupísces rem prǒximi tui.
Tangis decimam cǒrdam. Cecídit bestia cupídi
tatis. Jta cadentibus omnibus bestijs: securus
et ínnocens ín dei dílectione et humana sócieta-
te versaris.

Prima. Secunda Tertia. Quarta. Quinta. Sexta. Septima. Octaua. Nona. Decima.

CCharitatem habens que est de cǒrde puro/et
consciētia bona/et fide non ficta: dílígit deum et
prǒximum sícut seípsum. Amator enim dei: ama-
tor est sui. Et non dílígens deum non dílígit prǒ-
ximum quia non dílígit seípsum. Prǒ hac autem
dílectione patienter etiam mundi odía tolerāda

Ex libro sētiarū. p̄speri.

Dilectio dei et dilectio prǒximi cōnectunt

A

sunt. Necesse est enī vt nos oderit quos videt odisse quod diligit.

Dilectio proximi malum nō operatur.

Extractatu pl.xi.

Proxim⁹ quis sit.

Ex libro de trinitate.viij

DProximum omnem hominem oportet intelligi: quia nemo est cum quo sit operandum malum: ⁊ dilectio proximi malum non operatur.

¶Qui ergo amat hoīnes aut quia iusti sunt: aut vt iusti fiant: amare debebit. Sic enim et seipsum amare debet: aut q̄ iust⁹ est: aut iustus vt sit. Sic enim diligit proximum tanq̄ seipsum sine vllo periculo. Qui enim aliter se diligit iniuste se diligit: quoniā ad hoc se diligit vt sit iniustus: ad hoc ergo vt sit malus: ac per hoc iam non se diligit. Qui enī diligit iniquitatem odit animam suam.

ps.x.

Ex.ſmōe epi stole iohannis.x.

¶Tenete ergo dilectionem⁊ securi estote. Quid times ne malefacias alicui? Quis malefacit ei quē diligit? Dilige: nō potest fieri nisi benefacias. Sz forte corrīpis. Amor hoc facit non seuicia. Sz forte cedis. Ad disciplinam facis: quia amor ipsius dilectionis non te permittit negligere indisciplinatum. Et sit quodammodo quasi diuersus fructus et contrarius: vt aliquando odium blandiatur et charitas seuiat. Nescio quis odit inimicum suum: et fingit illi amiciciam. Videt illum aliquid facere mali: laudat: vult euz esse precipitem / vult tecum ire per abrupta cupiditatum suarum vnde forte non redeat: laudat eum quoniam laudatur peccator in desideriis anime sue. Adhibet illi vnctionem adulationis sue. Ecce odit et laudat. Alter videt amicum suum tale aliquid facere: reuocat. Si illum non audiat profert etiam verba castigationis: obiurgat / litigat. Aliquando venitur ad hanc necessitatem vt litiget. Ecce odium blanditur et charitas litigat. Noli attendere verba blandientis et quasi seuiciem obiurgantis. venam inspice: radicem vnde procedat quere. Ille blandit vt decipiat: iste litigat vt corrigat.

Charitas q̄nq̄ seuit.

ps.lx.

Plenitudo ergo legis est dilectio.

Ex libro ad hieronymū scō.

Nemo peccat nisi ptra charitatē faciat

DPlenitudo legis charitas est qua deus proximusq̄ diligitur: in quibus preceptis charitatis tota lex pendet et prophete. Merito fit omnium reus qui cōtra illam facit in qua pendent omnia. Nemo autē peccat nisi aduersus illam faciendo: quia non adulterabis / non homicidium facies / non furaberis non concupisces / et si quod est aliud mandatum ī hoc sermone recapitulatur: in eo q̄ diliges proximum tuum tanquam teipsum. Dilectio proximi malū non operatur. Plenitudo autem legis charitas. Nemo autem diligit proximum nisi diligens deum. vt hoc quantum potest proximo impendat quem diligit tanquā seipsum: vt ille diligat deum quem si ipse non diligit nec se nec proximum diligit.

Extractatu euāgelii ſm iohānē. lxxx Johan. xvij.

Quō ioh. solū de dilectiōe mādatum dedit.

¶Mandatum nouum do vobis vt diligatis inuicem sicut dilexi vos: vt et vos inuicem diligatis. Quod autem hic ita dixit: hoc est mandatum meum velut nō sit aliud quid putamus fratres mei? Nunquid nam solum eius de ista dilectione mandatum est qua diligimus inuicē? Nonne est aliud maius vt diligamus deum? Aut vero de sola nobis deus dilectione mandauit: vt alia non inquiramus? Tria certe commendat apostolus dicēs Manent autem fides / spes / charitas tria hec maior autem his est charitas. Et si in charitate hoc est in dilectione concluduntur duo illa maior tamen dicta est esse non sola. De fide ergo nobis q̄ multa mandata sunt: q̄ multa de spe. Quis potest cuncta colligere: quis enumerando sufficere? Sz intueamur quod idem ait apostolus plenitudo legis charitas. Vbi ergo charitas est quid est quod possit deesse vbi autem non est quid est quod possit prodesse? Demon credit nec diligit. Nemo diligit qui non credit. Frustra quidem sed tamen potest sperare veniam qui non diligit. Nemo autem potest desperare qui diligit. Itaq̄ vbi dilectio est ibi necessaria fides et spes. Et vbi dilectio proximi ibi necessaria etiam dilectio dei. Qui enim non diligit deum quomodo diligit proximum tanquā seipsum quandoquidem et non diligit seipsū? Est quippe impius et iniquus. Qui autem diligit iniquitatem non plane diligit sed odit animam suaz Hoc ergo preceptum domini teneamus vt nos inuicem diligamus: et quicquid aliud precipit facie mus: quoniam quicquid est aliud hic habemus. Discernitur quippe ista dilectio ab ea dilectione qua se inuicem diligunt homines sicut homines. Nam vt discerneretur adiunctum est: sicut dilexi vos. Et quid enim nos dilexit christus nisi vt possimus regnare cuz christo? Ad hoc ergo ⁊ nos inuicem diligamus: vt dilectionem nostraz discernamus a ceteris qui non ad hoc se inuicem diligunt quia nec diligunt. Qui autem se propter habendum deum diligunt ipsi se diligunt. Ergo vt se diligant deum diligunt. Non est hec dilectio in omnibus hoīnibus. Pauci se propterea diligūt vt sit deus omnia in omnibus.

Vbi charitas nō ē ꝓfect⁹ nullus.

ps.x.

i.Cor.xv.

¶Qui sedes super cherubin. Cherubin sedes glorie dei: et interpretatur plenitudo sciētie. Ibi sedet deus in plenitudine scientie. Licet intelligamus cherubin sublimes esse celozum potestates atq̄ virtutes: tamen si vis eris cherubin. Si enim cherubin sedes est dei: audi quid dicat scriptura. Anima iusti sedes sapientie. Quomodo inquis ero plenitudo sciētie? Quis hoc implet? Habes vnde impleas: plenitudo legis charitas. Noli per multa ire atq̄ distendi. Terret te ramozum diffusio? Radicem tene: et de magnitudine arboris noli cogitare. Sit in te charitas: et necesse est plenitudo scientie consequatur. Quid enīz nescit qui charitatem scit quandoquidem dictum est de us charitas est?

Extractatu ꝓi.lxxix.

Cherubin interpretat plenitudo sciētie.

i.Joh3.iiii.

Et hoc scientes tempus quia hora est iam nos de somno surgere. Nunc ergo propior est nostra salus q̄ cum credidimus. Nox precessit dies autem appropinquauit.

Extractatu ꝓi.lxxxvij.

ET mane oratio mea preueniet te. Jam mane posteaq̄ nox infidelitatis et tenebre transierunt. Quod mane vt michi esset misericordia quidez tua preuenit me. Sed quia restat illa clarificatio vbi illuminabuntur occulta tenebrarum: et manifestabuntur cogitationes cordis ⁊ laus erit vnicuiq̄ a te: nūc in ista vita / in ista peregrinatione / in hac luce fidei que in comparatione tenebrarum infidelium iam dies ē: sed in cōpatione diei vbi videbim⁹ facie ad faciem adhuc nox est: adhuc oratio mea preueni et te. Et autez ista feruescat et exerceatur oratio quod nobis quantuz expediat nullis (vt opinor) verbis explicari potest: differtur bonum quod in eternum dabitur et mala transitura crebrescunt.

Et sepe amici et noti periclitantes secundum seculum sanctos formidine deserunt. De quibus dicit apl's. Oēs me dereliquerunt non illis imputetur. Sed vt quid hec oīa nisi vt oratio huius sancti corporis mane idest post noctē infidelitatis in luce fidei preueniat deū donec veniat salus illa in cuius nondum re sed iam spe salui facti sumus eā qz cum patientia fideliter expectamus.

Abijciamus ergo opa tenebrarum ⁊ induamur arma lucis sic vt in die honeste ambulemus.

Ex libro de geneſi ad litteram. iiii.

Ephe. v.

VIta fideliū que i hac carne atq; in hoc seculo ducit in cōparatione vite infidelis atq; ipie nō irrationabilit lux ⁊ dies appellat dicēte apl'o. Fuistis aliquādo tenebre nūc aūt lux in dño. Et illud abijciam⁹ ergo opa tenebraꝝ ⁊ induam⁹ nos arma lucis sicvt in die honeste ābulem⁹. Qui tū dies nisi rursus in pparatione illi⁹ diei quo coeq̄les angelis facti videbim⁹ deū sicuti est ipe quoq; nox eēt: nō hic prophetie lucerna indigerem⁹. Vnde apl's petrus dicit. Habem⁹ certiorē pphetic̄ sermonē cui bene facitis intendētes sicut lucerne i obscuro loco donec dies luceſcat: et luciſer oriat i cordib⁹ vestris.

ii. pe. i.

Ex tractatu pſ. lxxvi.

CVita fideliū in pparatione vite infideliū dies est Abijciam⁹ inqt opera tenebraꝝ ⁊ induamur arma lucis sicvt in die honeste ābulemus. Ergo honeste viuentes: in pparatione vite impioꝝ in die sumus Sz iste dies vite fideliū non sufficit. Hic enī q̄uis dies sit vita fideliū: tentatio est vita humana sup terrā. Nox ⁊ dies. Dies in pparatione infideliū: nox in compatione āgeloꝝ. Habēt enī diē angeli quē nos nondū habem⁹. Jam nos habem⁹: quē nō habent ifideles. Sz nondū habent fideles quem angeli habēt. Tūc aūt habebūt cū erūt equales angelis dei qđ illis in resurrectione promissum est.

H

Non in pmessationib⁹ et ebrietatib⁹: nō in cubilib⁹ ⁊ impudicicijs: nō in contētione et emulatiōe: sz iduimini dñm ihesū xp̄m.

Exepl'a ad aurelium epm

ECum apostol⁹ tria breuiter gña vitiorū detestāda ⁊ vitāda vno in loco posuerit ō quib⁹ immūerabiliū pctoꝝ exurgit seges: vnū horꝝ qđ scdo loco posuit acerrime in eccl'ia vindicat. Duo aūt reliqua idest primū ⁊ vltimuz: tolerabilia vident hominibus. atq; ita paulati fieri pōt vt nec vitia tā putent. Ait enī vas electiōis. Nō in pmessationib⁹ ⁊ ebrietatib⁹ / nō in cubilib⁹ et impudicicijs / nō in ptētione ⁊ dolo: sz induite vos dñm ihesū xp̄m ⁊ carnis curā ne feceritis in pcupiscētijs. Nox ergo triū cubiliaꝝ impudicie ita magnū crimē putat: vt nēo dign⁹ nōmō eccl'iastico misterio sz ipa etiā sacramētoꝝ cōione videatur qui se isto pctō macl'auerit. Et recte oīno. Sz quare solū? Cōmessationes enīꝝ ebrietates ita cōcesse ⁊ licite putant: vt in honore etiā beatissimoꝝ martyꝝ nō solū per dies solēnes (qđ ipm q̄s non lugendū videat q̄ hec nō carnes oculis ispicit) sz etiā quotidie celebrent. Que feditas si tm flagitiosa et nō etiā sacrilega eēt: qbuscūq; tolerātie viribꝫ sustentanda putarem⁹. cēq; vbi est illud q cū multa vitia enumerasset idē apl's inter q̄ posuit ebriosos ita pcluſit vt diceret: cū talib⁹ nec panem edere. Sz feram⁹ hec i luxur labe domestica: et eorū cōuiuioꝝ q̄ priuatis pietib⁹ ptinent: accipiamusq; cū eis corp⁹ xp̄i cū quib⁹ panē edere prohibemur Saltē de sanctoꝝ corporꝫ sepulchris: saltem de locis sacramentorū. de domibus oīonum: tm̄ dedecus arceat. De ptētiōe aūt ⁊ dolo qđ ad me attinet dicere? qm̄ ista vitia nō in plebe sed in nr̄o numero grauiora sunt. Horū autē morboꝝ supbia mater est et hūane laudis auiditas: que etiā hipocrisim sepe gñat. Huic nō resistitur nisi crebris diuinoꝝ librorꝝ testimonijs icutiatur timor et charitas dei Si tū ille qui hoc agit seipsū prebeat patiētie atq; humilitatis exemplū min⁹ sibi assumēdo q̄ offert sed tū ab eis q̄ se honorant nec totū nec nihil accipiēdo: ⁊ id qđ accipit laudis atq; honoris nō propter se qui tot⁹ cor̄ā deo esse debet ⁊ hūana ptēnere: sed propter illos accipiatur quibus pſulere nō pōt si nimia deiectione vilescat. Ad hoc enī ptinet qđ dictū est. Memo iuuentutē tuā ptemnat cū ille hoc dixerit q̄ alio loco ait. Si hoibus placere vellē: xp̄i ser⁹ nō essem. Magnū ē de honoribus et laudibus hominū nō letari: sz omnē minantē pōpā precidere ⁊ si qđ inde necessariū retinet: id totū ad vtilitatē honorātiū salutēq; pferre. Nō enīꝝ frustra dictū est: de⁹ pfringet ossa hominū placere volentiū. Quid enī languidi⁹: qđ tā sine stabilitate ac fortitudine (qđ ossa significāt) q̄ hō quem male loq̄ntiū lingua debilitat: cū sciat falsa eē que dicunt? Cui⁹ rei dolor nullo mō aīme viscera dilaniaret si nō amor laudis eius ossa pfrigeret.

Scripturꝫ sacris reſtit vitijs.

Gala. j. Nō letari ō laudib⁹ hoīm magnū est. pſ. lij.

Et carnis curā ne feceritis in desideriꝫ

Ex libro de ſermone dñi in monte. De cibo et potu sumēdo. Matthe. vi.

QRastin⁹ enī dies (inquit) sollicitus erit sibiipi: idest vt cū oportuerit sumas cibum / vel potū / vel indumentū: cuz ipa scz necessitas vrgere cepit. Aderūt enī hec: qz nouit pater vester qđ horū oīm indigetis Sufficit enī diei inqt malicia sua: idest sufficit q̄ ista sumere vrgebit necessitas ipa. Hinc ergo penalis necessitatis: noli addere aliq̄d graui⁹. Querentibus primū regnū ⁊ iustici⁊ dei: id est hoc preponentib⁹ ceteris rebus vt pter hoc cetera queramus: nō debet subesse sollicitudo ne illa desint que huic vite pter regnū dei sunt necessaria.

Ex libro con feſſionū. x

CFames ⁊ sitis quidā dolores sūt. vrūt ⁊ sicut febres necāt: nisi alimentorum medicina succurrat. Que q̄m presto est ex pſolatione munerū tuoꝝ in quibus nostre infirmitati: terra ⁊ aquaꝝ celum seruiunt: calamitas delitie vocant. Hoc me docuisti vt q̄admodū medicamēta sic alimenta sūpturus accedā. Sed dū ad quietē satietatis ex indigētie molestia transeo: in ipo transitu insidiatur mihi laqueus concupiscentie. Ipe enī transit⁹ voluptas est: et nō est alius q̄ transeat quo trāsire cogit necessitas. Et cum salus sit causa edēdi ⁊ bibēdi: adiūgit se tanq̄ pediſseq̄ piculosa iocūditas. Et plerunq; pire conat vt ei⁹ causa fiat qđ salutis causa me facere vel dico vel volo. Nec idē mod⁹ vtriusq; est. Nā qđ saluti satſ est delectatiōi parū ē: ⁊ sepe incertū fit vtrū adhuc necessaria corpis cura subsidiū petat. An voluptuaria vel cupiditatis fallacie misteriū suppetat. Ad hoc icertū hilarescit infelix aīa ⁊ in eo ppparat excusatiōis pretiniū: gaudens nō appere quod satis sit moderationi valitudinis vt optentu salutis obumbret negociū voluptatis

Voluptaſ ſe neceſſitati immiſcet.

Ex libro de beata vita.

His tentationib⁹ quotidie conor resisterez iuoco dexterā tuā. Memo enī pōt esse ptinēs nisi tu des.

CHec nos krēt qđā sapiētiū corpi nccia. Nō enī eis eget ipe aīm⁹ in q̄ posita ē btā vita. Ipse enī p̄fect⁹ ē null⁹ aūt pfect⁹ aliq̄ eget. Et qđ videt corpi nccariū: sumet si affuerit. Si nō affuerit nō eū ista rū rex frāget iopia. Dis nāq; sapiēs fortiſ ē. Null⁹ aūt fortſ aliq̄d metuit. nō igitur metuit sapiēs aut mortē corpis aut dolores: qb⁹ pellēdis vel euitan

puer. xxiiij. Sapiēs mortē vt dolores nō timet.

dis vl̄ differēdis sūt necessaria illa quoꝝ ei pōt pri
gere ĩopia: sed tñ nō desūt eis bñ vti si ipa nō desūt

Ex libro ad pbā de ordi natione. Ephe. v.

¶Carnis inqt, puidētia ne feceritʃ in cōcupiscen
tijs: qz gerimus curā carnis ad necessitatē salutis
Memo enī vnq̄ carnē suā odio habuit: sicut ipe iti
dem dicit. Hic est q etiā timotheū nimiū (sicut ap
paret) coꝛpis castigatoꝛē admonet vt modico vino
vtak ppter stomachū ⁊ frequētes suas ifirmitates

Ca.xiiij

¶Firmū autē in fide assu
mite: nō in disceptationi
bus cogitationū. Alius
ei credit māducare se oia
Qui aūt ifirmus ē olus
manducet. ¶Coꝛ hois

Ex sermone de apl̄o pau lo i querimōe cuiusdā fau sti pagani.

nec videre possumus nec ostendere. Deus dicit.
Que palā sūt vobis q occulta sūt mihi. Paul⁹ dicit
apl̄s. Fres nolite āte tēp⁹ iudicare q̄cq̄ donec ve
niat dñs ⁊ illūinet abscōdita tenebꝛaꝝ ⁊ manifesta
bit cogitatiōes coꝛdiū: et tunc laus erit vnicuiq̄ a
deo. Non potes inspicere coꝛ noui xp̄iani. Quid?
Coꝛ veteris xp̄iani potes? dicturi estis ſz ex neces
sitate credidit. Posset ⁊ de illo dici de q̄ pauloāte
loq̄bamur: q̄ p̄mo fuit blasphem⁹ ⁊ psecutoꝛ ⁊ in
iuriosus. Et ipi enī q̄dā necessitas ipacta est: cele
sti voce, pstrat⁹ est. Vt lumē haberet: lumē pdidit.
Minare q̄ volueris: et cētū voluerʃ: da cuilibet
hoī. Quid dulcius ista luce? quā tñ Paul⁹ nisi pdi
disset: eternā nō accepisset. de necessitate credidit.
Quid timuit? dicak mihi q̄d timuit. Clamantes o
ues? Oues clamare pñt: moꝛdere nō pñt. Potuit
et in ipo clamoꝛe ouiū aduertere gl̄iam dei ⁊ time
re iudiciū dei. Excitat⁹ est a somno q̄dāmodo vt
cōsideraret ipleri de xp̄o q̄ sūt pdicta de xp̄o tātū
posse nomē xp̄i: tm̄ pualere gl̄iam dei. Itaq̄ bꝛeui
ter dico charitati vr̄e. Eccl̄iam dei alloq̄r: popl̄m
dei alloquoꝛ. Si credidit tu iueniſti. si timuit. tu vi
cisti. Interī fres ad q̄ pñt hoīes: vltra nobis non
vsurpem⁹ q̄ concessū nō est. Apl̄s dicit. Infirmū
aūt ī fide recipite: nō in diiudicatiōib⁹ cogitationū
Nō nobis vsurpem⁹ diiudicare cogitatiōes alioꝝ
sed deo p̄beam⁹ cogitatiōes nr̄as etiā p illis de q̄
bus foꝛte aliq̄d dubitam⁹. Foꝛte dubitat aliq̄d no
uitas ipi⁹. Amate abūdāti⁹ dubitantē. Amoꝛe vr̄o
curate de coꝛde ifirmi dubitationē. Interioꝛē fa
ciē videte de q̄ gaudeatis: coꝛ deo cōmittite, p quo
oꝛetis. Sciatis eū deseri a malis: suscipiak a nob.
Plus amate hoīem q̄ p̄us oderatis erroꝛē. Sic
venit xp̄s egros sanare de quo p euāgeliū audiui
mus qz nō est op⁹ sanis medic⁹ sed male habētib⁹
Et q̄s est hō qui cū pdiderit vnā ouem nōne relin
quet nonagīta nouē in mōtib⁹? et it q̄rere vnā q̄ pe
rierat ⁊ cum inuenerit gaudet de illa? Sic gaudet
p̄ me⁹ de vno penitēte q̄ de nonagīta nouē iustis
q̄bus nō est opus penitētia. Sic, p̄sus venit xp̄us
egros sanare: sic se nouit de iimicis suis mīficoꝛs
vindicare. Quib⁹ foꝛte anim⁹ dolet cōsoꝛtibus ei⁹
erroꝛis ad hoꝛā iraſcunk: postea foꝛtassis imitabū
tur. Itaq̄ fres cōmēdam⁹ eū et oꝛatiōibus vr̄is et
dilectiōi vr̄e: et amicicie fidelissime: et susceptioni
ifirmitatis ei⁹. Quomō p̄ceptis sic sequik. Bonā vi
am docete: bonā in vobis iueniat. Jā factus xp̄ia
nus: discernat q̄d intersit iter id q̄ dimisit: ⁊ id q̄
inuenit. Mitā ipsi⁹ et studiū circa fidē xp̄i posterio
ra tpa cōꝛobabūt. Nūc aūt fres mei nō fuit neces
se nō fuit p̄silij pastoꝛē repellere pulsantē / differre
q̄rentē: de occultis coꝛdis velle iudicare: ⁊ vocem
manifestā nō acceptare: nec consilij fuit: nec, pposi
ti nr̄i. Mouim⁹ enī quēadmodū minet miſericoꝛs

Dei auari cia.

illa dei auaricia vndiq̄ lucra querētis de pecunia
sua: ⁊ dicētis pigro seruo iudicare volenti q̄ non
videbat: et circa lucra colligēda dñi toꝛpescēti ser
ue neq̄: ex oꝛe tuo te condemno. Tu me diristi ho

Luce. xix.

minē molestū: metere vbi non seminaui / colligere
vbi nō sparsi. Mouerā ergo auariciā meā. Tu da
res pecuniā meā nūmulariis: ego veniēs cū vsuris
exigerē. Nō ergo nō potuim⁹ nisi erogare nisi pe
cuniā dñicā. Exactoꝛ ille erit nō tñ ipi⁹: sed et oīm
nr̄m. Impleam⁹ ergo officiū p̄rogatoꝛis nō vsurpe
m⁹ locū exactoꝛis. Itaq̄ fratres op⁹ dei in aīo
habete. Aliud q̄rebatis / aliud disponebatis / Ali
ud inueniſtis. Op⁹ dñi cōmēdam⁹: serui conseruis
Plus in eo diligam⁹ q̄ dñs nr̄ fecit: q̄ id q̄ face
re volebam⁹. Melioꝛa enī sūt opa ipi⁹. Et magnā
et deuotā vocē ei⁹ audiuim⁹. Maioꝛatū nolo: xp̄ia
nus esse volo. Letami exultate: ap̄liusq̄ oderatis
amate. Opus suū xp̄o oꝛatiōib⁹ p̄mēdate. Animū
fidelē / pium / amicum / rudimētis seuis exhibete.
Quid interest enī quia videtis tā puectā etatem?
Hoꝛa nona venit ad vineā mercedē eq̄lē acceptur⁹

Js qui māducat nō manducātē nō sper
nat: ⁊ qui nō māducat. māducantē nō iu
dicet. Deus enī illum assumpsit.

Ex libro scdo de pmōe dñi in monte.

Judiciū temerariū

Ea facta q̄ dubiū est quo aīmo fiāt in me
lioꝛē ptem iterp̄temur. Q̄s enī scp̄tū est
ex fructib⁹ eoꝝ cognoscetis eos de ma
nifestis dictū est: q̄ nō possunt bono aīo
fieri: sicuti sūt stupꝛa / vel blasphemie / vel furta / vl̄
ebꝛietates / ⁊ si q̄ sūt alia / q̄b⁹ nob iudicare pmit
titur dicēte apl̄o. Quid enī mihi de his q̄ foꝛis sūt
iudicare? Nōne de his q̄ int⁹ sūt vos iudicatis? De

De indiffe rētib⁹ nō ē iudicādū.

gūe aūt ciboꝝ qz pñt bono aīoꝛ simplici coꝛde sine
vitio cōcupiscētie q̄cūq̄ hūani cibi indifferēter su
mi: phibet idē apl̄s iudicari eos q̄ carnibus vesce
bant et vinū bibebāt ab eis q̄ se ab huiusmodi ali
mētis tēperabāt. Qui māducat inqt nō māducātē
nō spnat: et q̄ nō māducat: māducantē nō iudicet.
Ibi etiā ait. Tu q̄s es q̄ iudicas alienū seruū? dño
suo stat aut cadit. De talib⁹ enī reb⁹ q̄ pñt bono aīo
et simplici fieri: q̄uis etiā possint nō bono: volebāt
illi cū hoīes essent i occulta coꝛdis ferre sententiā:
de q̄b⁹ sol⁹ de⁹ iudicat. Ad hoc ptinet etiā illud q̄d
alio loco dicit: nolite āte tēp⁹ quicq̄ iudicare q̄usq̄

1. Cor. iiii.

veniet dñs ⁊ illūinet abscōdita tñbꝛaꝝ: et manife
stabit cogitatiōes coꝛdis: ⁊ tūc laus erit vnicuiq̄ a
deo. Sūt ergo q̄dam facta media q̄ ignoꝛam⁹ quo

De factis mediis te merariū ē iudicare.

aīo fiant: qz ⁊ bono ⁊ malo fieri pñt: de q̄b⁹ temera
riū est iudicare: maxīe vt condēnem⁹. Hoꝛ aūt ve
niet tēp⁹ vt iudicenk: cū dñs illumīabit abscōdita
tenebꝛarū et manifestabit cogitatiōes coꝛdis.
¶Cū audim⁹ qui credit in xp̄m nō veniet in iudi

Ex libro de de agone xp̄i ano.

ciū: intelligam⁹ qz non veniet ad dānationē. Dicit
enī iudiciū p dānatione: sicut dicit apl̄us. Qui nō
māducat māducātē nō iudicet: idest nō de illo ma
le existimet. Et dñs dicit. Nolite iudicare ne iudi

Matthe. vij.

cetur de vobis. Nō enī nobis tollit itelligētiā iudi
candi: cū et ppheta dicat. Si vere iustitiā diligitis

ps. lvii.

recte iudicate filij hoīm. Et ipe dñs dicat. Nolite
iudicare psonaliter: sed iustū iudiciū iudicate. Sz
illo loco vbi vetat iudicare illud admonet: ne dā
nemus aliquē cuius vel cogitatio nobis non apta
est: vel nescim⁹ qualis postea sit futurus.

Tu q̄s es qui iudicas alienū ſuū? Dño
suo stat aut cadit. Stabit aūt. Potens
est enī deus statuere illū. Nā alius iudi-

cat die inter die: alius aũt iudicat omnẽ diem. Unusquisq; in suo sensu abundet.

Ex libro de correctione & gratia.

QUamuis de oĩbus regeneratis & pie viuẽtibus loq̃retur apl's dicẽs. Tu quis es q̃ iudicas alienum seruũ suo domio stat aut cadit: cõtinuo tamẽ respexit ad p̃destinatos et ait. Stabit aũt. Et ne hoc sibi arrogarẽt: potest enĩ deus inq̃t statuere illũ. Ipe itaq; dat pseuerãtiã qui statuere potẽs est eos q̃ stant vt pseuerãtissime stent: vel restituere qui ceciderint. Dñs enim erigit elisos.

ps. cxlvii.

Qui sapit diem: domino sapit.

Ex libro ãr̃o de baptismo quuloz.

NEcisti eccl'ie deuoti sũt qui vident esse intus: et cõtra christũ viuũt idest cõtra mandata x̃pi faciũt. Nec oĩno ad illam eccl'iam ptinere iudicãdi sũt: quã sic ipe mũdat lauacro aq̃ in verbo vt exhibeat sibi gloriosam eccl'iam nõ habẽtem maculã aut rugã aut aliq̃d huiusmodi. Qõ si in ista eccl'ia nõ sunt ad cuius mẽbra nõ ptinẽt nõ sũt in eccl'ia de qua dicitur vna est colũba mea vna est matris sue. Ipa est enĩ sine macula & ruga. Aut asserat q̃ potest hui⁹ colũbe mẽbra esse q̃ seculo verbis nõ factis renunciãt: interim ad qõ videmus. Unde dictũ arbitror: qui

Cant. vi.

Qui foris aperti sũt multis bonis catholicis q̃ int⁹ meliores sunt.

sapit diem dño sapit. Deus enĩ iudicat omnẽ diem Secundũ aũt p̃scientiã qua nouit quos p̃destinauerit ante mũdi constitutionẽ cõformes imaginis filij sui: multi etiã qui apte foris sũt et heretici appellãtur: multis & bonis catholicis meliores sunt. Quid enĩ sint hodie videm⁹: quid cras futuri sint ignoramus: & deo quidẽ apud quẽ sũt p̃sentia que ventura sũt: etiã quod futuri sũt: iam sũt. Nos aũt scõm id qõ in p̃senti est q̃sq; hoĩm ãrimus vtrũ in illius eccl'ie mẽbris q̃ vna colũba dicta est et spõsa christi sine macula et ruga hodie deputãdi sunt.

Et qui mãducat dño manducat. Gr̃as enĩ agit deo. Et qui nõ mãducat dño nõ mãducat. Gratias enĩ agit deo.

In expositione. pi. xxi.

¶ Ita dictũ est annũciabitur dño generatio ventura ac si diceret dño placebũt qui annũciabũt nõ sibi: vt ita sit dño annunciare sicut est dño viuere.

Ex lib. ō gr̃a noui testamẽti.

¶ Sic dictum est. Qui mãducat dño mãducat: et qui nõ mãducat dño nõ mãducat. Ad hoc quippe addidit et gr̃as agit deo vt ostẽderet quid esset domino facit idest in eius laudẽ facit. Tũc enĩ recte / tũc iuste / tũc pie fit / cum opus bonũ in eius fit laudem cuius gr̃a donat vt fiat. In quo affectũ p̃fiteri cens quicq̃d boni facit dño facit: hoc est in el⁹ laudem cuius gratiã pcepit vt faciat. Unde est actio gratiarũ: que intimo fidelĩ mysterio celebratur.

Quid est mãducare aut aliud facere domino.

Nemo enĩ nostrũ sibi viuit: et nemo sibi mor̃. Siue enĩ viuimus: dño viuimus siue morimur: dño morimur. Siue ergo viuimus siue morimur: dñi sumus.

Ex tractatu pi. cxliii.

GIcut dñi magnitudinis nõ est finis: sic tue laudis nõ erit finis. Nõ enĩ cũ mortuus fueris in hac carne desines laudare deũ. Dictũ est quidẽ. Nõ mortui laudabunt te dñe. Sed illi de q̃bus dicit a mortuo velut q̃ non sit perist cõfessio: nõ illi de q̃bus ait. Qui credit in me licet moriat viuet. Quia et de⁹ abrahã et deus ysaac / et deus iacob / non est mortuorum sed viuor̃. Si enĩ nunc̃ nisi ipsi⁹ eris: nunc̃ a laude ipius tacebis. Timere poteris ne dũ viuis hic nõ ipius sis: et cum mortuus fueris nõ sis ipsius:

Qui mortui etiã laudabũt deum.

ps. cxiii. Eccle. xvii. Johan. xi.

Audi apostolũ promittẽtem tibi securitatẽ. Siue viuimus dño viuimus: siue morimur domio morimur. Siue ergo morimur siue viuim⁹ dñi sum⁹. Et vnde factũ est vt eius sis mortuus? Quia p̃cio sui sanguinis te redemit. Et mortu⁹ quomodo p̃didit seruũ mortuũ: cuius mors est p̃ciũ tuum? Ideo cũ dixisset siue viuimus siue morimur dñi sum⁹. Ut ostẽderet ipm p̃ciũ: ad hoc enĩ (inq̃t) christus mortu⁹ est et resurrexit vt et mortuor̃ et viuorum dominet.

In hoc enĩ christus mortuus est et resurrexit: vt et viuorũ et mortuorũ dominet. Tu autẽ quid iudicas fratrẽ tuũ: aut tu quare spnis fratrẽ tuũ? Omnes enĩ stabimus ante tribunal dei. Scriptum est enĩ. Viuo ego dicit dñs: quoniã mihi flectetur omne genu: & omnis lingua confitebitur deo. Itaq; vnusquisq; nostrũ p seratione reddet deo.

Ex libro ẽchiridion.

¶ Ideo christus mortuus est & resurrexit vt et viuorum & mortuorũ domietur. Nec tenebit regnũ mortis eũ pro quo mortu⁹ est ille liber in mortuis.

Ex libro de ciuate dei. xx

¶ Regnãt itaq; cũ illo etiã nũc sancti eius aliter quidẽ q̃m tunc regnabũt: nec tamẽ cum illo regnãt zizania: q̃uis in ecclesia cum tritico crescant. Regnant enĩ cum illo qui faciunt quod ait apostolus Si resurrexistis cũ christo q̃ sursum sũt sapite vbi christus est in dextera dei sedens q̃ sursum sũt q̃rite nõ que sup terrã. De qualibus itẽ dicit q̃ eorum conuersatio sit in celis. Nostre mo regnant cũ illo qui eo modo sũt in regno eius vt sint etiam ipi regnum eius. Quomodo autẽ sunt regnũ christi qui vt alia taceam q̃uis ibi sint donec colligantur in fine seculi de regno eius omnia scandala: tamen illic sua querũt non que iesu christi.

Diuersus modus regnandi. Colo. iii.

Phi. iii.

Et aĩe inquit occisorũ ꝓpter testimoniũ iesu: et ꝓpter verbũ dei subauditur regnauerunt cum iesu / aĩe scilicet martyrum nõdũ sibi corpibus suis redditis. Nec̃ enĩ implorũ anime mortuor̃ separant ab ecclesia que nunc est etiã regnũ christi. Alioquin nec ad altare dei fieret eorum memoria in cõmunicatiõe corporis christi / nec aliquid p̃desset ad eius baptismum in periculis currere ne sine illo finiatur hec vita: nec ad recõciliationẽ sit fortе per penitẽtiã malam ue cõsciẽtiam quisq; ab eodem corpore separatus est. Cur enĩ fiunt ista nisi quia fideles etiã defuncti membra sũt eius? Quãuis ergo cum suis corporibus nondũ iam tamẽ eorũ anime regnant cũ illo. Unde et alibi legitur. Beati mortui qui in domio morĩunt. Ammodo iam dicit spirit⁹ vt requiescãt a laboribus suis. Nam opera eorũ sequunt illos. Regnãt itaq; cum christo nũc primum ecclesia in viuis & mortuis. Propterea enĩ sicut dicit apostolus mortuus est christus vt et viuorũ et mortuor̃ dominet. Sed ideo tantũmodo martyrũ animas commemorauit: quia ipsi p̃cipue regnant mortui: qui vsq; ad mortem ꝓ veritate certarunt. Sed a parte totum etiã ceteros mortuos intelligimus pertinẽtes ad ecclesiam quod est regnũ christi.

Apo. xx.

Martyres p̃cipue cũ xpo regnare dicunt.

Apo. xliii.

Non ergo amplius inuicem iudicem⁹. sed hoc iudicate magis: ne ponatis offendiculũ fratri vel scandalum. Scio et cõfido in dño iesu: quia nihil cõmune ꝓ ipsum nisi ei qui existimat quid commu

ne esse: illi cõmune est. Si enĩ ppter cibũ frater tuus contristat. iam nõ secundum charitatẽ ambulas. Noli cibo tuo illũ pdere: pro quo christus mortuꝰ est. Non ergo blasphemet bonum nostrũ.

Ex libro scõdo de ꝓmõe dñi in monte. Judiciuz temerariũ vitandũ p duo.

QUo sunt in qbus temerariũ iudiciũ cauere debemꝰ: cũ incertũ est quo aĩo qd qꝫ factũ sit: vel cũ incertũ est qualis futurus sit q nũc vel bonus vel malus apparet. Si ergo quispiã (verbi gra) cõquestꝰ de stomacho ieiunare noluit: et tu id nõ credẽs edacitatis id vicio tribueris temere iudicabis. Itẽ si manifestã edacitatẽ ebrietatẽqꝫ cognoueris ⁊ ita reprehenderis qsi nunqꝫ illa possit corrigi atqꝫ mutari: nihilominus temere iudicabis. Non ergo reprehendamus ea q nescimꝰ quo aĩo fiãt: neqꝫ ita reprehendamus q manifesta sũt vt desperemus sanitatẽ: et vitabimus iudiciũ de quo nunc dicit. Nolite iudicare ne iudicet de vobis. Maxime autẽ hi temere iudicãt de incertis et facile reprehendũt qui magis amãt vituperare ⁊ dãnare qꝫ emẽdare ⁊ corrigere Quod vitiũ vel supbia est: vel inuidentia.

Non est enim regnũ dei esca ⁊ potus: sed iustitia ⁊ pax et gaudiũ in spũ sctõ. Qui enĩ in hoc seruit xpõ placet deo: et probatus est hoibus. Itaqꝫ q pacis sunt sectemur: et q edificatiõis sũt in inuicẽ custodiamꝰ. Noli ppter escã destruere opꝰ dei.

Ex libro qsti onũ euãgelii scõo. In mãducatione vt abstinẽtia iustitia nõ cõsistit.

QUod aũt subiũgit ⁊ iustificata est sapiẽtia ab oĩbus filijs suis: ostendit filios sapiẽtie itelligere de vsu ciborũ nec in abstinẽdo / nec in manducãdo esse iustitiã: sed in eqnimitate tolerandi inopiã: et tẽperantia p abundãtiã nõ se corrũpẽdi: atqꝫ oportune sumẽdi vel nõ sumẽdi ea quoꝫ nõ vsus sed cõcupiscẽtia refrenãda est. Nõ enĩ interest oĩno quid alimẽtoꝫ sumas vt succurras necessitati corpis dũmodo congruas in generibꝰ alimentoꝫ his cũ quibus tibi viuendũ est: neqꝫ quãtũ sumas multũ interest: cũ videamus alioꝫ stomachũ citius satiari: ⁊ eos tamẽ illi ipsi quo paruo satiãtur ardẽter et intolerabiliter et oĩno turpiter ibiare: alios autẽ plusculo quidẽ satiari: sed tolerabiliꝰ inopiã ppeti: et vel ante ora posĩtas epulas si in tẽpore aut opus sit aut necesse sit cũ tranqllitate aspicere neqꝫ tãgere. Magis ergo itereſt nõ quid vel quãti alimẽtoꝫ pro cõgruentia hoĩm atqꝫ psone sue: et p sue valitudinis necessitate qs capiat: sed quãta facilitate ac serenitate animi careat: cũ his vel oportet: vel etiam necesse est carere: vt illud in animo xpiano cõpleat qđ apl'us dicit. Scio et mínꝰ habere: scio et abũdare vbiqꝫ. In oĩbus ⁊ in omni imbutꝰ sum. Et satiari / et esurire / ⁊ abũdare / et penuriã pati. Oia possũ in eo qui me cõfortat. Et illud. Neqꝫ si mãducauerimus abũdabimus: neqꝫ si nõ mãducauerimꝰ egebimus. Et illud nõ est enĩ regnũ dei esca et potus: sed iustitia et pax et gaudiũ. Et quia solent hoĩes multũ gaudere carnalibꝰ epulis: addidit in spiritu sctõ. Justificat ergo sapiẽtia ab oĩbus filijs suis: q intelligunt vtendis terrenis oportuna tẽpora esse debere: facilitatẽ vero carẽdi talibus et amoꝛẽ fruendi eternis: nõ variari oportere p tẽpora sed ppetuo retinere.

Phi.iiii.

i. Cor.viii.

Omnia quidẽ sũt munda: sed malum est homini qui p offendiculum manducat. Bonũ est nõ mãducare carnẽ et nõ bibere vinũ: neqꝫ in quo frater tuus offendit aut scandalisat aut infirmat. Tu fidem habes penes temetipm: habe coꝛã deo. Beatus qui nõ iudicat semetipm in eo quod ꝓbat. Qui aũt discernit: si manducauerit dãnatus est: quia nõ ex fide.

Extractatu euãgelii ſm iohãnẽ. lxx.

AN nõ videmus israelitas malo suo impetrasse quod culpabili cõcupiscentia petiuerũt? Cõcupierãt enim carnibus vesci qbus pluebatur mãna de celo. Fastidiebant qppe quod habebãt: et quod non habebant impudẽter petebant: quasi non melius peterent nõ vt cibꝰ q deerat indecẽti desiderio pstaret sed vt ille q aderat sanato fastidio sumeret. Quãdo enĩ nos delectant mala / ⁊ nõ delectant bona: rogare potius debemus deum vt delectent bona qꝫ vt concedãtur mala. Non quia malũ est carne vesci cum de hac re loquens apostolus dicat omnis creatura dei est bona: ⁊ nihil abiciendũ quod cum gratiarũ actione suscipitur: sed quia sicut ipe item ait malum est homini qui per offendiculũ manducat. Et si per hominis offensiõnẽ ẽt omagis deꝰ? Cuius in israelitis nõ parua erat offensio repudiare qõ dabat sapientia: et petere id quod inhiabat cõcupiscẽtia: quãuis illi nec peterent: sed quia deerat murmurarent. Sed vt sciremus non dei creaturam esse culpabilẽ: sed inobedientiam cõtumacem / et inordinatam cupiditatẽ: non propter porcum sed ppter pomũ mortem homo primus inuenit. Et esau primatus suos nõ propter gallinã: sed propter lenticulã perdidit.

Carnibus vesci nõ ẽ malum. i. Tho.iiii.

Gene.xxv.

CAudiui aliã vocem tuã. Post cõcupiscẽtias tuas non eas: et a voluntate tua vetare. Audiui et illam ex munere tuo quam multum amaui. Neqꝫ si mãducauerimus abundabimus: neqꝫ si nõ mãducauerimus deerit nobis. Hoc est dicere. Nec illa res copiosum me faciet: nec illa erũnosum. Audiui et alteram. Ego enĩ didici in quibus sum sufficiens esse. Et abundare noui: ⁊ penuriam pati noui Omnia possum in eo qui me cõfortat. Ecce miles castroꝫ celestium nõ puluis quod sumus. Sed memento domine quia puluis sumꝰ: et de puluere fecisti hominẽ: et perierat ⁊ inuentus est. Nec ille in se potuit quia idem puluis fuit. quẽ talia dicẽtem affecit tue inspiratiõis adamaui. Omnia enim possum inquit in eo qui me cõfortat. Confortа me vt possim. Da quod iubes: et iube quod vis. Iste se accepisse confitetur: et quod gloziaꝫ in domino gloziet. Alium audiui rogantẽ vt accipiat. Auferа me cõcupiscẽtias vẽtris. Unde apparet sctẽ deꝰ meus te dare cum fit quod imperas fieri. Docuisti me pater bone omnia munda mundis: sed malum esse homini qui per offendiculũ manducat: et omnem creaturam tuã bonam esse nihilqꝫ abiciẽdum quod cũ gratiarum actione ꝓcipitur: et quia esca nos non commẽdat deo et vt nemo nos iudicet in cibo aut in potu: et vt qui manducat nõ manducantem nõ spernat. et qui non manducat: manducantẽ non iudicet. Didici hoc. Gratias tibi / laudes tibi. Eripe me ab omni tentatione. Non ego immundiciã obsonij timeo / sed immundiciam cupiditatis. Scio noe omne carnis genꝰ quod cibo esset vsui mãducare ꝓmissum: heliam: cibo carnis

Ecclesi. xxiii.

Ex libro confessiõũ. x. Eccle. xviii.

Job. vii.

Phi.iiii.

refectum: Iohannē mirabili abstinentia preditum aialibus hoc est locustis in escam cedentibus non fuisse pollutū. Et scio esau lenticule cōcupiscētia deceptū: et dauid ꝑpter aque desiderium a seipo reprehēsum: et regem nostrū non de carne sed de pane tentatū. Ideoq; populus in heremo nō quia carnes desiderauit: sed quia esce desiderio aduersus dominū murmurauit: meruit improbari. Itaq; freni gutturis tēperata relaxatione et constructione tenendi sunt. Et quis est domine qui nō rapiatur aliquātulū extra metas necessitatis? Quisquis est magnus est: magnificet nomē tuum. Ego autem nō sum quia peccator homo sum. Sed ego magnifico nomen tuū: et interpellat te pro peccatis meis qui vicit seculum: numerās me inter infirma membra corporis sui: quia et impfectum eius viderunt oculi tui et in libro tuo oēs scribētur.

Ps. cxxxviii

Omne autē qđ nō est ex fide peccatū est.

Ex libro sententiarū pro speri.

Omnis infidelium vita peccatū est: et nihil bonum sine summo bono. Vbi enī deest agnitio eterne et incōmutabilis veritatis falsa virtus est etiā in optimis moribus.

Capitulum.xv.

Debemus autem nos firmiores ibecillitates infirmorum sustinere: et nō nobis placere. Vnusq̄sq; vestrum proximo suo placeat in bonū ad edificationem. Etenim christus non sibi placuit: sed sicut scriptū est: improperia improperātiū tibi ceciderunt super me.

Ex tractatu pi. lxvii.

Improbria exprobrantium tibi ceciderunt sup me. Hoc testimonio vsus est et Paulus apl's et ait. Quecunq; autem scripta sūt vt nos doceremur scpta sunt vt per patientiā et consolationē scripturarū spem habeamus. Dixit ergo christi hanc fuisse vocē obprobria exprobrantiū tibi ceciderūt sup me. Quare tibi? Munquid patri exprobrati sunt et non ipsi christo? Quare obprobria exprobrātium tibi ceciderunt sup me? Quia qui me odit odit et patrē: da nemo exprobrauit xpō nisi deo exprobrans. Obprobria exprobrātiū tibi ceciderunt sup me: quia me inuenerunt.

H

Johan. xv.

Quecunq; enī scripta sunt ad nostrā doctrinam scripta sūt. vt per patientiam et cōsolationē scripturarū spem habeam⁹. Deus aūt patientie et solacij det vobis idipm sapere in alterutrū secūdū iesum christū: vt vnanimes vno ore honorificetis deū et patrem dñi nostri iesu christi. Propter quod suscipite inuicē: sicut et christus suscepit vos in honorem dei.

Ex libro contra faustum manicheū. Cur libri pphetici legendi.

Dos ergo et ad cōmēoratione fidei nre: et ad psolatione spei nre / et ad exhortationē charitatis nre libros pphēticos et apl'icos legim⁹ alterutris vocib⁹ sibimet concinētes et ea cōcinētia tanq; celesti tuba a torpore mortalis vite nos excitātes: et tāq; ad palmas supne vocatiōis extēdentes. De libris enī pphēticis qđdā cū cōmemorasset apl's sicut scriptū est obprobria exprobrātiū tibi ceciderunt sup me: cōtinuo subiūgit vtilitatem diuine lectiōis. Quecunq; enī ante scripta sunt (inquit) vt nos doceremur scripta sunt: vt per patientiā et consolationem scripturarū spem habeamus ad deū.

Dico enī christū iesum ministrum fuisse circūcisionis ꝑpter veritatē dei ad confirmādas promissiones patrū: gētes autē sup misericordia glificare deū: sicut scriptum est. Propterea confitebor tibi in gētibus dñe et nomini tuo cantabo. Et iterū dicit. Letamini gentes cum plebe eius. Et iterū. Laudate oēs gentes dominū. et magnificate eū omnes populi. Et rursus esaias ait. Erit radix iesse: et qui exurget regere gētes: in eum gentes sperabūt. Deus autem spei repleat vos omni gaudio et pace in credēdo: vt abūdetis in spe et virtute spūs sancti. Certus sum aūt fratres mei et ego ipe de vobis: quoniā et ipi pleni estis dilectione: repleti omni sciētia: ita vt possitis alterutrū monere. Audacius autem scripsi vobis fratres ex pte. tanq; in memoriā vos reducens: ꝑpter gratiā que est data mihi a deo. vt sim minister christi iesu in gētibus sanctificās euāgeliū dei: vt fiat oblatio gentiū accepta et sanctificata in spiritu sancto. Habeo igitur gloriam in christo iesu ad deum. Non enī audeo aliquid loqui eorū que p me nō efficit xps in obedientiā gentium verbo et factis et in virtute signorum et prodigiorū in virtute spūs sancti: ita vt ab hierusalem per circuitū vsq; ad illiricū repleuerim euāgelū christi. Sic autē predicaui euāgelium hoc nō vbi noiatus est christus: ne sup alienū fundamentū edificarē: sed sicut scriptū est. Quoniā q̄bus non est annunciatū de eo videbūt: et qui nō audierūt de eo intelligent. Propter quod impediebar plurimū venire ad vos. et prohibitus sum vsq; adhuc. Nunc vero vlterius locū non habēs in his regiōibus cupiditatē autē habēs veniendi ad vos ex multis iā precedentibus annis: cū in hispaniā proficisci cepero. spero q̄ pteriens videā vos. et a vobis deducar illuc: si vobis primū ex pte fruitus fuero.

Secundū specie corporis quā iudei viderūt et contēpserunt: nō apud nos fuit xpus quia et hoc de illo dictū erat sicut dicit apl's. Dico enī christum ministrum fuisse circūcisionis ꝑpter veritatē dei ad cō firmandas promissiones patrū. Ad illos debuit venire quorū patribus est promissus. Ideo et ipse sic ait. Nō sum missus nisi ad oues que perierant domus israel. Sed quid ait apl's in sequēti? Gentes

Ex tractatu euāgelii scm ioha. xxviii.

Matth. xv.

autem sup misericordia glificare deum. Quid et ipse domin⁹? Habeo alias oues que nō sūt ex hoc ouili. Qui dixerat nō sum missus nisi ad oues que perierūt dom⁹ israel: quomodo habet alias oues ad quas non est missus: nisi quia significauit p̄sentiam corporalē nō se missum exhibere nisi solis iudeis qui viderunt ⁊ occiderūt? Et tamē inde multi ⁊ ante ⁊ postea crediderunt: vt esset semen vnde alia messis consurgeret. Nūcvero cum fama euāgelij et bono eius odore excitati credunt fideles eius per omnes gentes: erit expectatio gentium quādo veniat qui iam venit: quādo ab omnib⁹ videatur qui tūc a quibusdā est visus / a quibusdam nō est visus: quando veniat iudicaturus qui venit iudicādus: quādo veniat discreturus qui venit vt non discerneretur. Non enī ab impijs christus est discretus: sed cū impijs iudicatus. De illo enī dictum est: et iter iniquos deputatus est. Latro euasit christus dānatus est. Accepit indulgētiam criminosus: dānatus est qui oīm crimina confitentiū relaxauit.

Quō xp̄s dicit se nō missuz ad gentes.

Luce. xxii.

Extractatu p̄l. xvi.

¶ Propterea cōfitebor tibi in gentibus domine: ꝓpterea tibi p̄ me cōfitebunt gentes dñe. Et noī tuo psallam ⁊ latius inotescet bonis opibus meis

Ex libro de gra noui testamēti.

¶ Quod ait confitebor tibi in eis vtiq; qui confitebuntur in q̄bus et loquitur. Confessio autem non tantū peccatorū est sed ⁊ laus dei sicut ipe in euāgelio. Confitebor tibi inquit dñe pater celi ⁊ terre.

Luce. x.

ps. xcv.

¶ Quod autē ait. Cantabo. hoc est illud canticū nouū de quo in alio psalmo dicit. Cantate domio canticū nouū cantate domino omnis terra. Ipse quippe cantat in nobis cuius gratia cantamus sicut dicit apostolus. An vultis experimētum eius accipere qui in me loquitur christus? Necq enim omnis qui labijs p̄sonat: cantat canticum nouum sed qui eo modo cantat vt apostolus admonet dicens. Cantantes et psallentes in cordibus vestris domino. Intus enī est hoc gaudiū vbi vox laudis et canitur ⁊ auditur: qua voce laudatur qui gratis amandus est toto corde / tota anima / tota mente / amatoremq; suū accendit in se gratia sancti spiritus sui.

ii. Cor. xiii.

Ephe. v.

Extractatu ps. lxxxiiii.

¶ Vt inhabitet gloria in terra nr̄a. idest in ea terra in qua natus erat: quia inde cepit p̄dicare xp̄s: inde apostoli / et illuc missi p̄ius / inde prophete / ibi patriarche. Ipe etiam venit de semine abrahe Ibi manifestatus: ibi mirabilia fecit. Postremo tantū honorem illi genti detulit vt cū eum ūterpellaret quedā muliercula chananea salutē querens filie sue dixerit ei. Non sum missus nisi ad oues q̄ perierunt domus israel. Hoc ergo videns ꝓpheta ait. Veruntamen prope timentes eum salutare ipsius vt inhabitet gloria in terra nostra. Misericordia et veritas occurrerūt sibi. Veritas in terra nostra ex persona iudeox: mia in terra gentium. Veritas enī vbi? vbi erant eloquia dei. Misericordia vbi? In illis qui dimiserūt dominū suū et conuerterunt se ad demonia. Nunquid et ipos dispersit? Quomodo si diceret voce ad istos: longe fugio eos qui multū a me recesserunt. Eloca inueniant me querentē se quia ipsi nolebant querere me. Ergo misericordia ⁊ veritas occurrerūt sibi.

Matthe. xv.

Extractatu p̄l. lxxxvii.

¶ Quoniam populo israel etiā secundū carnē venienti de semine abrahe promissa erant multa ꝓphetice: et ita ille populus propagatus est in quo implerent promissa dei: non autē deus clausit fontem bonitatis sue etiam in alienigenas quas sub angelis constituerat: portionem sibi faciens populum israel: in hec duo et apostolus distincte distribuit misericordiam domini ⁊ veritatem. Ait enim christū ministrū fuisse circūcisionis propter veritatem dei ad cōfirmandas promissiones patrum. Ecce quia non fefellit deus: ecce quia non repulit plebem suam quam p̄scijt. Etenī cum de casu iudeorum ageretur ne quis putaret sic illos improbatos vt nihil frumenti ex illa ventilatione in horreum mitteretur: ait apostolus. Non repulit deus plebem suam quā p̄sciuit. Nam et ego israelita sum. Si totum ille spine fuerūt vnde hoc granum vobis loquor? Ergo impleta est veritas dei in his qui ex israelitis crediderunt: ⁊ venit vnus paries ex circūcisione applicans se ad lapidem angularem. Sed ille lapis angulum non faceret: nisi aliū parietem ex gētibus susciperet. Ille itaq; paries tanq; proprie pertinet ad veritatē: iste autē alius ad misericordiā. Dico enim (inquit) christū ministrum fuisse circūcisionis propter veritatē dei: ad cōfirmandas ꝓmissiones patrum.

[Gentes autem super misericordia glorificare deum.]

Ex ymne de passione dñi xp̄s iudeorum rex.

¶ Rex ergo iudeorum christus sub cuius leue iugum etiā gentes meruerūt salutem. Quia eis misericordia maiori concessum est hoc: apertius ipse ostendit apostolus vbi ait. Dico enim ministrum fuisse circūcisionis ad confirmandas ꝓmissiones patrum. Gentes autē super misericordia glorificare deum. Neq; enī debitum erat panem filiorum tollere et mittere canibus: nisi canes humiliati ad colligendas micas quas de mensa dominorū cernerēt per ipsam humilitatē exaltati atq; homines facti: ad ipsam mēsam mererentur accedere.

¶ Dominus qui dixit nō sum missus nisi ad oues que perierūt domus israel: ostendens illis redditam p̄sentie ipsius ꝓmissionem: ait tamē alio loco. Habeo alias oues que non sūt ex hoc ouili ⁊c. Hinc apostolus ait. Dico ergo christū ministrum fuisse circūcisionis propter veritatem dei ad confirmandas ꝓmissiones patrum. Ecce quid est: nō sum missus nisi ad oues que perierūt dom⁹ israel. Deinde subiungit apostolus dicens. Gentes autē super misericordia glorificare deum. Ecce q̄d est habeo alias oues que non sunt de hoc ouili oportet me et ipsas adducere vt sit vnus grex et vnus pastor. Quod vtrūq; breuiter dictum est in eo q̄ de prophetia apostolus idem cōmemorat letamini gentes cum plebe eius.

Nunc igitur proficiscar in hierusalē ministrare sanctis. Probauerūt enī macedonia ⁊ acha collationē aliquā facere in pauperes sanctox qui sūt in hierusalem Placuit enim eis: et debitores sūt eox. Nam si spūaliū eox participes facti sūt gentiles debēt et in carnalib⁹ ministrare eis. Hoc igitur cū cōsummauero ⁊ assignauero eis fructū hunc: p vos proficiscar in hispaniā. Scio autē quoniā veniens ad vos in abundātia bñdictionis christi veniā. Obsecro ergo vos fratres p dñm nostrū iesum christū et p charitatē sancti spūs vt adiuuetis me in orationibus ad

deū: vt liberer ab infidelibus q̄ sūt in iudea: ⁊ obsequij mei oblatio accepta fiat in hierusalē sctis: vt veniā ad vos in gaudio p̄ voluntatē dei vt refrigerer vobiscū Deus autē pacis sit cum omnib⁹ vobis Amen.

In expositōe epl̄e ad galathas.

COmmunis cura erat oīb⁹ ap̄lis de pau⁹peribus sctōr qui erant in iudea: q̄ rerū suarū venditar̄ p̄tia ad pedes ap̄lor̄ posuerāt. Sic ergo ad gentes missi sunt Paul⁹ et Barnabas vt eccl̄ie gētiū que hoc nō fecerāt ministrarēt in oratiōe ipsor̄ eis qui hoc fecerant. Et iccirco ait. [Nūc autē pergā hierusalē ministrare sctis. placuit enī macedonie et achaie cōmunionē aliquā facere in paupes sctōrū qui sūt in hier̄m. Placuit enī illis ⁊ debitores eorū sunt. Si enī spiritalibus eor̄ cōmunicauerūt gētes debent et in carnalib⁹ ministrare eis]

Ex libro de ope monachorum.

Esa. ii.

¶ Qui quia p̄pe inuēti sūt et vtiles fuerūt gentibus q̄ ab idolorū cultu ex longinquo vocabantur: scōm illud qō dictū est ex syon p̄diet lex et verbū dn̄i ex hierusalē: debitores eor̄ dixit ap̄lus ex gētibus xp̄ianos: debitores (inq̄t) eor̄ sūt: ⁊ addidit quare. Si enī spiritalib⁹ eor̄ cōicauerūt gētes debent et in carnalibus ministrare eis.

Ex libro de catheciz̄dis rudibus.

¶ Cum viderent iudei tanta signa fieri in ei⁹ noīe quē partim p̄ inuidiā / partim p̄ errorem crucifixerant: alij incitati sūt ad p̄sequēdos p̄dicatores ei⁹ ap̄los. Alij vero id ipsum ampli⁹ admirantes q̄ in eius noīe quē veluti a se oppressum ⁊ victū riserāt tanta miracula fierent: penitendo cōuersi crediderūt in eum milia iudeor̄. Nō erant iā illi tēpora lia

Feruor ecclesie p̄missiue.

beneficia terrenūq̄ regnū desiderantes a deo: nec p̄missum regē christum carnaliter expectātes sed immortaliter intelligētes et diligentes eū qui pro ipsis ab ipsis tanta mortaliter p̄tulit: et eis vsq̄ ad sui sanguinis effusionē peccata donauit: ⁊ immortalitatē a se sperandā et desiderandā exemplo sue resurrectionis ostēdit. Itaq̄ iā veteris homis terrena desideria mortificantes ⁊ spiritalis vite nouitatē flagrantes: sicut p̄ceperat in euāgelio dn̄s:

Actuum. iiii

vendebāt oīa que habebāt et p̄tia rerū suar̄ ante pedes apostolor̄ ponebāt: vt ipsi distribuerent vnicuiq̄ sicut cuiq̄ opus erat: viuēteq̄ in xp̄iana dilectione cōcorditer nō dicebāt aliquid esse suū: sed erant illis oīa cōmunia: et aīma et cor vnum in deum. Deinde etiā ipsi a iudeis carnalib⁹ ciuibus carnis sue p̄secutionē passi atq̄ perpessi sunt: vt latius xp̄us eorū dispsione p̄dicaret: ⁊ imitarētur etiā ipsi patientiā dn̄i sui: quia q̄ p̄pter eos māsuetus passus fuerat māsuetos p̄ se pati iubebat. Ex ipsis sanctor̄ p̄secutoribus fuerat etiā ap̄lus Paulus et in xp̄ianos maxime seuiebat: sed postea credens ⁊ ap̄lus factus: missus est ad gētes vt gentibus euāgeliū p̄dicaret: grauiora p̄pessus p̄ nomine christi q̄ fecerat cōtra nomē christi. Eccl̄ias autē constituēs p̄ omnes gētes qua euāgeliū seminabat: impense p̄cipiebat vt quoniā ipsi ex idolorū cultu venientes ⁊ ad vnū deū colendū rudes: non facile poterāt rebus suis venditis ⁊ distributis seruire deo: oblationes facerēt in pauperes sanctor̄ qui erāt in eccl̄ijs iudee q̄ christo crediderāt. Itaq̄ illos tanq̄ milites / illos autem tanq̄ stipendiarios p̄uinciales apostolica doctrina constituit: inserens eis christū velut lapidē angularē: sicut p̄ pphetā p̄nūciat⁹ erat in quo ambo quasi parietes de diuerso venientes: de iudeis videlicet atq̄ gētilibus germana charitate copularentur.

Capitulum. xvi.

reuelasti ea paruulis. Qui sūt sapiētes et prudentes? Qui paruuli? Que ille occultauit sapiētib⁹ et prudētib⁹/et reuelauit paruulis? Sapiētes t prudētes illos significat de quib⁹ Paul⁹ dicit. Ubi sapiēs: vbi scriba: vbi pquisitor huius seculi? Nōne stultā fecit de⁹ sapientiā hui⁹ mūdi? Et iā nūc adhuc fortasse q̄ris. Qui sūt isti? Forte illi sūt/q̄ multū de deo disputātes falsa dixerūt. Inflati doctrinis suis/deū inuenire t cognoscere minime potuerūt. Et p deo (cui⁹ est incōprehēsibilis/inuisibilisq̄ substātia) putauerūt deū esse aerē/etherē/deū esse solē/deū esse aliq̄d qō sublimiter eminet ī creatura. Attēdētes enī magnitudines/et pulchritudines/et fortitudines creaturarū: ibi remāserūt. creatorē nō inuenerūt. Arguit illos liber sapiētie vbi dr̄. Si enī tm̄ potuerūt valere/vt possent estimare seculū: quomodo eī⁹ dn̄m nō facilī⁹ inuenerūt? Accusati sūt: cōsumētes tēpora sua t occupationes disputationū suarū in pscrutāda t quodāmodo metiēda creatura. quesierūt meat⁹ syderū. interualla stellarū. itinera celestiū corporū. ita vt cōputationib⁹ q̄busdā ad eā sciētiam puenirēt/vt predicerēt defectū solis/defectū lune. et q̄n predicerēt euenireteo die et ea hora. tantū/t tāta pte/ex q̄nta parte illi pdixerāt. Magna industria. magna solertia. Sed ibi creatorē scrutati sūt positū nō lōge a se: et nō inuenerūt. Quē si inuenissēt: haberēt apud se. Optime itaq̄ et rectissime accusati sūt/q̄ potuerūt inuestigare numeros syderū/interualla tēpor⁹/defectū luminū cognoscere t predicere. Recte accusati sūt. q̄n a quo ista facta atq̄ ordinata sūt/nō inuenerūt. q̄rere neglexerūt. Tu autē nō valde cura gyros syderū. et celestiū/terre norūue corporū numeros ignores. Vide pulchritudinē mūdi: et lauda cōsiliū creatoris. Vide q̄d fecit. Ama qui fecit: tene hoc maxime. Ama qui fecit: q̄ et teīpm amatorē suū/ad imaginē suā fecit. Ergo q̄ est mirū: q̄ talibus sapiētib⁹ occupatis circa creaturas qui creatorē negligenter querere voluerūt: nec inuenire potuerūt absconditā illā/de quib⁹ dixit xp̄s. Absc̄odisti hec a sapiētibus et prudētibus. Mirabilius est sapiētes et prudētes deprehēsos: etiā qui cognoscere potuerūt. Reuelatur (inquit) ira dei de celo sup oēm impietatē et iniusticiā hoīm/qui veritatē in iniquitate detinēt. Queris fortasse quam veritatē detineant in iniq̄tate? Quia q̄d notū est dei: manifestum est in illis. Unde manifestū est. Sequit et dicit. Deus enī illis manifestauit. Adhuc queris quomodo manifestauerit eis quib⁹ legē nō dedit? Quomodo ergo? Inuisibilia enī ei⁹/a cōstitutione mundi per ea q̄ facta sūt intellecta cōspiciūtur. Fuerūt ergo quidā: nō sicut Moyses famul⁹ dei. nō sicut multi p̄phete ista intuētes et intelligētes/adiuti spū dei/quē spiritū fide hauserūt/faucibus pietatis biberūt/ore interioris hoīs ructauerūt. Non ergo tales ignorauerūt. Sed fuerūt alij dissimiles/q̄ per istā creaturā potuerūt peruenire ad intelligendū creatorē. et dicere de his que fecit de⁹. Ecce que fecit gubernat et cōtinet. Illeipse q̄ fecit iplet sua presentia ista que fecit. Potuerūt hoc dicere. Nā et ipsos in actib⁹ apostolor cōmemorauit Paulus. Ubi cū dixisset de deo. In illo viuimus et mouemur et sum⁹. quoniā apud Athenienses loquebatur vbi isti doctissimi extiterāt: adiūxit cōtinuo: sicut et quidā scōm vos dixerūt. Non est leue qō dixerūt. Quoniā in deo viuim⁹ et mouemur et sumus. Unde ergo dissimiles? vnde vituperati? vnde recte accusati? Audi apostoli verba que dicere ceperā. Reuelatur (inquit) ira dei de celo super oēm impietatē. et eorū scilicet qui legē nō acceperunt. Super oēm impietatē et iniusticiā hoīum: q̄ veritatē in iniquitate detinent. Quā veritatē? Quia qō notū est dei/manifestū est in illis. Quo manifestante? Deus enī eis manifestauit. Quomodo manifestauit? Inuisibilia enī ei⁹ a cōstitutione mūdi per ea q̄ facta sunt/intellecta pspiciūtur. sempiterna quoq̄ virt⁹ ei⁹ ac diuinitas. Quare manifestauit? Ut sint inexcusabiles. Si manifestauit vt sint inexcusabiles vnde ergo culpabiles? Quia cognoscentes deum: nō sicut deū glorificauerūt. Quid est qō dicis. Non sicut deū glorificauerunt? neq̄ gratias egerūt? Hoc est ergo glorificare deū: gratias agere deo. Hoc sane. Quid enī pei⁹ si ad imaginē creatus: cognito deo/ingratus eris? Hoc est prorsus. hoc est glorificare deū: gr̄as agere deo. Rorūt fideles vbi/et q̄n dicak. Gratias agamus dn̄o deo nr̄o. Quis autē gratias agit deo/nisi qui sursū cor habet ad dn̄m? Ergo illi culpabiles qui sūt inexcusabiles. q̄ cognoscētes deū/nō sicut deum glorificauerūt. nec gr̄as egerunt. Sed quid? Sed euanuerūt in cogitationib⁹ suis. Unde euanuerūt nisi q̄ superbi fuerūt? Euanescit t fumus in altū surgēdo et magis ignis lucet t roborat⁹/humili⁹ apprehēdendo. Euanuerūt in cogitationibus suis. t obscuratū est insipiēs cor eorū. Etiā fumus cū sit igne altior: obscurus est. Denicq̄ attē de qō sequit et vide vnde tota causa pendeat. Dicētes enī se esse sapiētes: stulti facti sunt. Sibi arrogādo qō prestiterat de⁹. tulit qō dederat deus. Ergo supbis ipse abscondit se. qui p creaturā dilig̃ter scrutātib⁹ creatorē insinuauerat/nō nisi se. Bene ergo dn̄s. Absc̄odisti hec a sapiētibus t prudētibus. siue ab illis qui multiplicib⁹ disputationibus t solertissima inquisitione/ad inuestigationē creature puenerūt. sed creatorē minime cognouerunt. siue ab illis/qui cognoscentes deū/non sicut deū glorificauerūt et gratias egerūt. t videre pfecte aut salubriter nō potuerūt: q̄ superbi fuerunt. Absc̄odisti ergo hec a sapiētibus et prudētibus et reuelasti ea paruulis. Quib⁹ paruulis? Humilib⁹ Dic super quē requiescit spūs meus? Sup humilem et quietū et trementē verba mea. Hec verba Petrus tremuit. Plato non tremuit. Teneat piscator/q̄ perdidit nobilissim⁹ disputator. Absc̄odisti hec a sapiētibus t prudētibus et reuelasti ea paruulis. Absc̄odisti superbis et reuelasti humilibus. Que sunt ipsa? Nō enī cū hoc diceret celū et terrā attēdebat. t quasi manu demōstrabat cū diceret hec. Quis enī nō videt hec? Uident boni. vidēt mali: quia facit solem suum oriri super bonos et malos. Que sunt ergo ista? Omnia mihi tradita sunt a patre meo.

Aq

Qui sūt sapiētes huius scli q̄bus absc̄ondit ea q̄ reuelat paruulis.

Roma. i.

Act. xvij.

Glificare deū ē deo gr̄as agere.

Gr̄as agere ē surs̄um cor hr̄e.

Esa. lxvi.

Nonne stultam fecit deus sapientiā huius mundi?

Ex libro de pastoribus.

Scitur aliquādo in scripturis sapiētia pro astutia: abusione verbi: nō pprieta te. Unde dicit. Ubi sapiēs: vbi scriba: vbi cōquisitor hui⁹ seculi? Nōne stultā fecit deus sapientiā hui⁹ mundi? Qō vero dicitur Sapientia abusione verbi et in malo: cōsuetudine quidē scripturar nostrar. nam quēadmodum legant auctores mūdi/quid ad nos habes in Genesis libro. Erat ibi serpens sapiētior oībus bestiis. Iste sapientior oībus bestijs: acutus et astut⁹

Sapiētia in scripturis q̄nq̄ pastucia capitur.

Gen. iii.

A

ad decipiēdum agnoscitur. Pereant argumenta philosophoꝝ: qui negāt in sapientem cadere pturbationes animoꝝ. Stultā fecit deus sapientiā huius mundi. Et dñs cognouit cogitationes hominum/qm̄ vane sunt.

Extractatu euāgelii ſm iohannē. lx.

¶ Turbet plane anim⁹ xp̄ian⁹. Non miseria: sed mīsericordia. timeat ne pereant hoīes xp̄o letet cū acquirunt hoīes xp̄o. timeat et sibi ne pereat xp̄o cōtristet peregrinari se a xp̄o. cōcupiscat regnare cū xp̄o. Letetur dum sperat se regnatuꝝ esse cum xp̄o. Iste sunt q̄ppe quattuor quas pturbationes vocant. Timor et tristicia/Amor et leticia. Habeant eas iustis de causis animi xp̄iani. nec philosophorū stoicoꝝ vel quorūcūq; simiīū cōsentiat error. Qui pfecto quēadmodū vanitatē existimāt veritatē: sic stuporē deputant sanitatē. Ignorantes: sic hoīs animū/quēadmodū corporis mēbrū desperatius egrotare/qm̄ et dolorīs amiserit sēsū.

Quattuor affect⁹ ai cadūt i sapientem.

Mā q̄ in dei sapientia nō cognouit mūdus per sapiētiā deū: placuit deo p stulticiā p̄dicatiōis saluos facere credētes.

Ex libro de trinitate. iiij

EIm in carne manifestatus est: fili⁹ dei in hunc mundū missus est. In plenitudine tēporis fact⁹ ex femina. Quia enī in sapiētia dei nō poterat mūd⁹ cognoscere per sapientiā deū: qm̄ lux lucet in tenebris ꝛ tenebre eū non cōprehēderūt. Placuit deo p stulticiam predicationis saluos facere credentes. vt verbū caro fieret et habitaret in nobis.

Quoniā iudei signa petūt. et greci sapientiā querūt. nos autē predicam⁹ xp̄m crucifixū. iudeis quidē scandalū. gentibus autē stulticiā. Ipsis aūt vocatis iudeis atq; grecis christum dei virtutem et dei sapientiam.

B

Ex libro q̄sti onum euāgelii. i.

EDño nostro dixerūt iudei. Unde huic sapiētia hec: ꝛ virtutes? Sapientia/in his q̄ loquebat. virtutes/in his que operabat. Ideo et apl's dicit xp̄m dei virtutē et dei sapiētiam. Virtutē/ad signa retulit ꝓpter iudeos. Sapientiā autē ad doctrinam ꝓpter grecos. id est gentes.

Extractatu p̄l. cliij.

¶ Omīa dñe in sapiētia fecisti. Ergo oīa in sapientia. id est in xp̄o fecisti. Ille cōtempt⁹: ille expalmatus: ille cōsput⁹: ille spinis cozonat⁹: ille crucifixus. Omīa in illo fecisti. Audi q̄d ex illo tuo milite nūcies hoībus: q̄d ex illo p̄cone sancto/p̄dices gētibus xp̄m dei virtutē/et dei sapiētiam. Irrideāt iudei crucifixū xp̄m. q̄ scandalū est eis. Irrideāt pagani crucifixū xp̄m. q̄ stulticia est eis Nos autem p̄dicam⁹ xp̄m crucifixū. Judeis quidē scādalū: gentib⁹ autē stulticiā. Ipsis vero vocatis iudeis et grecis Christū dei virtutē ꝛ dei sapientiā.

Extractatu p̄l. xviij. Johan. i. Ps. ci.

¶ Deus verbo fecit omīa. Omīa per ipsum facta sunt et sine ipso factū est nihil. Q̄d autē ad manus dei attinet: et de celis dictū est: et opera manuum tuarū sunt celi. Et de terra hoc idē dictū est. Quoniam ipsius est mare et ipse fecit illud. ꝛ aridā manus eius fundauerūt. Ergo si et celos manibus ꝛ terrā manibus: nō solū hominē manibus. Et si celos verbo/et terrā verbo: ergo et hominē verbo. Q̄d verbo/hoc manu. et quod manu/hoc verbo. Non enim humanis mēbris statura dei distincta est. qui vbiq; totus est. et nullo cōtinetur loco. Q̄d ergo verbo fecit: sapientia fecit. quod manu fecit/virtute fecit. Christus est autē dei virtus et dei sapientia. Omnia autē per ipsum facta sūt. et sine ipso factum est nihil.

Ps. xciij.

C

¶ Omīa dñe in sapientia fecisti. Ergo oīa in sapientia. id est in xp̄o fecisti. Ille cōtēptus. ille expalmatus. ille cōsputus. ille spinis cozonatus. ille crucifixus. Omīa in illo fecisti. Audi quid ex illo tuo milite nūcies hominib⁹: quid ex illo p̄cone sctō predices gētibus. Christū dei virtutē et dei sapientiam. Irrideant iudei crucifixū xp̄m quia scandalū est eis. Irrideāt pagani crucifixum xp̄m/q; stulticia est eis. Nos autē predicamus xp̄m crucifixum iudeis quidē scandalū: gētibus autem stulticiam. Ipsis aūt vocatis iudeis atq; grecis christum dei virtutē et dei sapientiam.

Extractatu p̄l. cliij.

¶ Si enī solus ibi filius intelligit et sibi et patri ꝛ spiritui sancto: ad illā reditur absurditatē vt pater nō sit sapiens de seipso: sed de filio. Nec sapientia sapientiā genuerit/sed ea sapientia pater dicat sapiens esse/qua genuit. Ubi enī nō est intelligētia: nec sapiētia esse potest. ac per hoc si pater nō intelligit ipse sibi: sed filius intelligit patri: pfecto fili⁹ patrē sapientē facit. Et si hoc est: deo esse q̄ sapere. et ea illi est essētia que sapiētia: non filius a patre (q̄ verū est) sed a filio potius pater habet essentiā. q̄ absurdissimū et falsissimū est. Est ergo deus pater sapiēs/ea qua ipsa est sua sapientia. et filius sapiētia patris/de sapientia q̄ est pater/de quo genitus est filius. Quocirca dñs est/q; pater sit intelligēs ea qua ipse sua est intelligentia. neq; enī esset sapiēs qui nō esset intelligēs. Fili⁹ autē intelligētia patris. de intelligētia genit⁹ q̄ est pater

Ex libro de trinitate. xv.

¶ Vocat enī de⁹ p̄destinatos multos filios suos: vt eos faciat mēbra p̄destinati vnici filij sui: nō ea vocatione qua vocati sūt et qui noluerunt venire ad nuptias. Illa quippe vocatione et iudei vocati sunt/quib⁹ xp̄s crucifixus scandalū est/ꝛ gētes quib⁹ xp̄s crucifixus/stultitia est. sed ea vocatione predestinatos vocat quā distinxit apl's/dicēs.

Ex libro de p̄destinatione sanctoꝝ.

D

Ipsis autē vocatis: vt ostenderet illos non vocatos: sciens esse quandā certam vocationē eoꝝ qui scōm ꝓpositū vocati sunt. quos ante p̄sciuit et predestinauit cōformes fieri imaginis filij sui. Quā vocationem significans/ait. Non ex operib⁹: sed ex vocante dictū est/quia maior seruiet minori. Mūquid dixit. Non ex operib⁹: sed ex credēte? Prior sus etiā hoc abstulit homini/vt totū daret deo. Dixit ergo sed ex vocāte. Non quacunq; vocatione. sed qua vocatione fit credens. Hāc intuebat etiā cū diceret. Sine penitētia sūt dona ꝛ vocatio dei.

Ro. viij.

Ro. ix.

Ro. xi.

Quia q̄ stultum est dei sapiētius est hominibus. et q̄ infirmum est dei: fortiꝰ est hominibus.

Ex libro de doctna xp̄iana.

NOn enī ad eū qui vbiq; p̄sens est/locis mouemur sed bono studio. bonisq; moribus. Q̄ non possemus: nisi ipsa sapientia/tāte etiam nostre infirmitati congruere dignaretur: et viuendi nobis p̄beret exemplum/non aliter q̄ in homine. qm̄ et nos homines sumus. Sed quia nos cū ad illam venimus/sapiēter facimus. ipsa cū ad nos venit: ab hominibus supbis/q̄si stulte fecisse putata ē. Et qm̄ nos cū ad illam venim⁹ cōualescim⁹. ipsa cum ad nos venit quasi infirma estimata est. Sed q̄ stultū est dei: sapiētius est hominib⁹. et q̄ infirmum est dei fortius est hominib⁹. Cū ergo ipsa sit patria. Etiā

Ad deum mouemur bono studio bonisq; moribus.

i iiij

A

Quo ad nos venit diuina sapientia & cur.

se quoq; nobis fecit ad patriã. et cum sano & puro interiori oculo vbiq; sit presens: eorũ qui oculũ illum infirmũ immũdũq; habent: oculis etiã carnis apparere dignata est. Quia enĩ in sapientia dei nõ poterat mũdus per sapientiã cognoscere deũ: placuit deo per stulticiã predicationis saluos facere credentes. Non igitur per locorũ spacia veniendo: sed in carne mortali / mortalibus apparẽdo venisse ad nos dicitur. Illuc ergo venit vbi erat / quia in mũdo erat / et mũdus per eam factus est. Sed quonĩã cupiditate fruendi / pro ipso creatore creatura homies cõfigurati huic mũdo et mundi noie cõgruentissime vocati: non eã cognouerunt. Propterea dixit euãgelista et mũdus eũ non cognouit. Itaq; in sapientia dei / nõ poterat mũdus per sapiẽtiam cognoscere deũ. Cur ergo venit cũ hic esset? nisi quia placuit deo per stulticiam p̃dicationis saluos facere credentes. Quomodo venit? nisi quia verbũ caro factum est / & habitauit in nobis. Sicut autẽ curatio via est ad sanitatem: sic ista curatio / peccatores sanandos reficiẽdos q; suscepit. Et quẽadmodũ medici cũ alligãt vulnera non incõposite: sed apte id faciunt. vt vinculi vtilitatem quedã pulchritudo etiã cõsequatur: sic medicina sapientie / per hominis susceptionẽ nostris est accõmodata vulneribus. De quibusdã contrarijs curans. et de quibusdã similibus. Sicut etiã ille qui medetur vulneri corporis / adhibet quedã contraria. sicut frigidũ calido. vel humido siccũ. vel si quid aliud eiusmodi. Adhibet etiam quedã similia. sicut lintheolũ. vel rotundo vulneri rotundum. vel oblongũ oblongo. Ligaturamq; ipsam non eandẽ membris oĩbus. sed similem similibus coaptat. Sic sapientia dei hominẽ curans / seipsã exhibuit ad sanãdũ. ipsa medicus. ipsa medicina. Quia ergo per superbiã homo lapsus est: humilitatem adhibuit ad sanandũ. Serpentis sapientia decepti sum⁹: dei stulticia liberamur. Quẽadmodum autẽ illa sapientia vocabatur. erat autẽ stulticia cõtemnentibus deũ. sic ista que vocat stulticia: sapientia est vincẽtibus diabolũ. Nos immortalitate male vsi sumus vt moreremur: xp̃us mortalitate bene vsus est / vt viueremꝰ. Corrupto animo femine / ingressus est morbus. Integro corpore femine / processit salus. Ad eadẽ contraria pertinet. q; etiã exemplo virtutũ eius / vitia nostra curantur. Jã vero similia quasi ligamẽta membris et vulneribus nostris adhibita / illa sunt. Qõ per feminã deceptos / per feminã natus homo / hoies mortalis / mortales / morte mortuos liberauit.

Diuina sapiẽtia tãq; medicꝰ et medicina p cõtraria & similia sanans.

B

Ex tractatu pi. lxviii.

Qõ vocat ap̃lus stultũ dei vocat psalmista insipiẽtiã opione mũdana.

Deus tu scis imprudentiã meam. Que imprudentia in christo? Nonne ipse est dei virtus / & dei sapientia? An illam dicit imprudentiã suã. de qua dicit apostolus. Stultũ dei / sapientius est hominibus? Imprudentiã (inquã) meam. Hoc ipsum qõ in me irriserunt qui sibi videtur esse sapientes: tu scis quare fieret: tu scis imprudentiam meam. Quid enim tã simile imprudẽtie / q̃ cum haberet in potestate vna voce suos persecutores prosternere / vt pateretur se teneri / flagellari / conspui / colaphizari / spinis coronari / ligno affigi. Imprudẽtie simile est / et stultum videtur. Sed stultum hoc superat oĩes sapientes. Stultum quidẽ est. sed & granũ quãdo cadit in terrã: si nemo sciat cõsuetudinem agricolarũ: stultum videtur. Labore magno metitur. portatur ad aream. triturat. ventilatur post tanta pericula celi et tempestatũ. et labores rusticanorum: curamq; dominorũ: mittitur in horreum frumentum purgatum. Venit hyems / et quod purgatum erat profertur et proijcit. Imprudentie videt sed vt non sit imprudẽtia spes facit. Non ergo ille pepercit sibi. quia & pater illi nõ pepercit. sed pro nobis omnibus tradidit illum. Et de ipso? Qui dilexit me (inquit apostolus) et tradidit semetipsum pro me. Quia granum nisi ceciderit in terram vt moriatur: fructum nõ reddet. Hec est imprudentia. Sed tu illam nosti. Isti autem si cognouissent: nunq; dominum glorie crucifixissent.

Quevidet imprudẽtia spes facit vt non sit imprudẽtia. Ro. viii. Gala. ii. Johan. xii.

i. Cor. ii.

C

Ex tractatu euãgelij ſm iohannẽ. xv.

Ro. v.

Gen. ii.

Infirmus carne Jesus. Sed noli tu infirmari. In illius infirmitate tu fortis esto. quia quod infirmum est dei / fortius est hominibus. Sub hac rerum imagine / Adam qui erat forma futuri: prebuit nobis magnũ indicium sacramenti. Immo deus in illo prebuit. Nam et dormiens meruit accipere vxorem. et de costa eius facta est et vxor. quoniam de christo in cruce dormiẽte / futura erat ecclesia de latere eius. De latere scilicet dormientis quia et de latere in cruce pendẽtis lancea percussi: sacramenta ecclesie profluxerunt. Sed quare hoc volui dicere fratres? Quia infirmitas christi / nos facit fortes. Magna ibi imago precessit. Potuit deus carnẽ detrahere homini vnde faceret feminã. et magis videtur quasi congruere potuisse. Fiebat enĩ sexus infirmior. et magis de carne infirmitas fieri debuit q̃ de osse. Ossa enĩ carne firmiora sunt. Nõ detraxit carnẽ / vnde faceret mulierem. sed detraxit os. Et detracto osse / formata est mulier. et in loco ossis caro adimpleta est. Poterat pro osse / os reddere. Poterat ad faciẽdam mulierẽ / nõ costam: sed carnem detrahere. Quid igit̃ significauit facta mulier in costa tanq; fortis: factus Adam in carne tanq; infirmus? Christꝰ est & ecclesia. Illius infirmitas / nostra est fortitudo.

Infirmitas xp̃i nos facit fortes.

Formatio mulieris de costa viri q̃d figurat

D

Videte enĩ vocationẽ vestram fratres. quia nõ multi sapientes scõm carnẽ: nõ multi potentes: non multi nobiles: sed que stulta sunt mundi elegit deus: vt cõfundat sapientes. et infirma mundi elegit deus vt confundat fortia. et ignobilia mũdi et cõtemptibilia elegit deus. & que non sunt: vt ea que sunt destrueret.

Ex sermõe de dñicã resurrectiõis

Similiat⁹ est dñs xp̃s / vt esse humiles nosceremꝰ. cõceptus est continens oĩa. Natus est gignens omia. mortuus est viuificans omnia. sed post triduũ resurrexit. et ascendit in celũ. et humanam quam susceperat carnẽ / ad patris dexterã collocauit. Mirabile est fratres. & hoc est qõ ipij credere nolũt. Mirabile est hoiem resurrexisse in carne / in celũ ascẽdisse cũ carne. Sed multo est mirabilius / totũ mũdum rem tã incredibilẽ credidisse. Quid est incredibilius deũ talia fecisse? an mundũ credere potuisse? Quid si et ipse modus cõsideret a nobis quo credidit mũdus. Etiã ipse vere diuin⁹ aduertitur et valde mirabilius inuenitur. Jneruditos liberalibus disciplinis / et oĩno q̃ntũ ad seculi doctrinas pertinet impolitos. nõ peritos grãmatica. non armatos dialectica. piscatores xp̃s cũ retibus fidei ad mare seculi paucissimos misit. Quid dico paucissimos? Duodecim misit. et tamẽ per eos sic omni genere piscium impleuit ecclesias: vt plurimi etiã ex ipsis sapiẽtib⁹ seculi (quibus videbat̃ igno miniosa crux xp̃i) ea in fronte signent̃. Et de qua

Probabilitas artículi de resurrectiõe carnis ex credulitate magnũ mirabiliũ.

erubescendum putabant/nobiscp insultabāt:eam in pudoris arce constituunt.

Ex ſmōe de tribus ꝓgib⁹

¶Quare aūt ꝑmo ignobiles:paucos. impios et impolitos elegerit dñs:cū haberet añ oculos suos turbā magnā in compatiōe quidē illoꝝ pauperū.sed in genere suo multos diuites. nobiles doctos.sapiētes.ꝙs postea etiā collegit: expōit apls sacramentū:infirma mūdi hui⁹ elegit de⁹ vt ꝓfundat fortia.ꝛ stulta hui⁹ mūdi elegit de⁹ vt ꝓfūdat sapiētes:ꝛ ignobilia hui⁹ mūdi elegit de⁹ꝛ ea q̄ nō sunt(id est non cōputant)vt q̄ sunt euacuent.

Xp̄s venit docere humilitatē et expugnare supbiā.

¶Venerat enī docere humilitatē ꝛ expugnare supbiā. Venerat humil' de⁹:vt nullo mō h̄ ꝑi⁹ altos ḡreret:q̄ tā humilis venerat. ¶Primo qz elegit nasci ỽ illa femia q̄ desponsata erat fabro. Mō g̃ elegit amplos natales:ne in hac terra nobilitas superbiret. Non elegit saltē nasci in amplissima ciuitate.ſz natus est in Bethleē iude:ea q̄ nec ciuitatis noīe nūcupaꝛ. Vodiecp illā incole loci illi⁹ villā appellant tā parua:tā exigua ꝓpe nulla est: nisi pristina dñi xp̄i natiuitate nobilitaret.

Quare dominus elegit infirmos pauperes idoctos ignobiles.

¶Elegit g̃ infirmos.pauperes.indoctos.non qz reliq̄t firmos/diuites:sapientes/nobiles. sed si ipos ꝑmos eligeret: merito diuitiaꝝ suaꝝ merito substātiaꝝ suaꝝ:merito natalīū suoꝝ sibi eligi videret:atcp inflati/de his reb⁹: salutē hūilitat' nō recipēt. sine q̄ nemo redire pōt ad illā vitā vnde non laberemur nisi ꝑ supbiam.

Ex ſmōe de de kal. Januarij.

¶Sed forsan diceret aliq̄s ꝛ si ipe humilit nat⁹ ē in discipuloꝝ nobilitate iactare se voluit. Mō elegit reges:aut senatores:aut pōs:aut oratores.īmo vero elegit plebeios:paupes:indoctos:piscatores. Petr⁹ piscator. Cypr̄ian⁹ orator. Misi fidelit p̄cederet piscator: non hūiliter seq̄ret orator. Non de se q̄squā desperet abiect⁹.teneat xp̄m: et spes eius falsa non erit

Fidelit p̄cedit piscator ꝛ hūiliter sequit orator.

℟ Extractatu pl.lxv.

¶Descendit dñs de⁹ nr̄ Jesus xp̄s repare gen⁹ humanū.ꝛ dare gr̄am suā oibus intelligentib⁹. qz gr̄a illi⁹ est non merita eoꝝ. Et ne quelibet psona gl'aret in carne:infirmos elegit. Mā inde nō ē elect⁹ etiā ille nathānael. Quid enī tibi videt vt publicanū in theloneo sedentē eligeret Matthēū: ꝛ nō eligeret Nathanaelē.cui phibuit testimoniū ipse: dicēs. Ecce vere israelita:in q̄ dolus nō est. Intelligit ergo iste nathanael doct⁹ fuisse lege:nō qz doctos non erat electur⁹: sed si ipos ꝑmos elegisset:doctrīe sue merito se electos putarēt. ita eoꝝ scientia laudaret ꝛ laus xp̄i gratie minueretur.

Mō elegit ꝑmo nobiles aut doctos vt electio gratie daret non meritis.

Extractatus euāgelii ſm iohannē. vij

¶Idiotas elegit vñ confūderet mundū. Si doctus eligeret fortassis ideo diceret se electū:qz doctrina eius meruit eligi. Dñs noster Jesus xp̄us volēs supboꝝ frāgere ceruices: non quesiuit per oratorē piscatorē: sed de piscatore lucrat⁹ est imperatorē. Magn⁹ Cypr̄ianus orator.sed ꝑ Petrus piscator.ꝑ quē postea crederet nō tm̄ orator: sed etiā imperator. Null⁹ nobil' ꝑmo elect⁹ est. Nullus doctus :quia infirma mundi elegit deus vt cōfunderet fortia.

Mō ꝑ oratorē piscatorē:ſz de piscatore lucrat⁹ est imperatorē.

De ſmōe de ꝛbis epīe bti petri.

¶Quāta xp̄i dignatio. Petrus iste q̄ sic loquit piscator fuit.ꝛ modo magnā laudez habet orator: si potuerit ab illo intelligi piscator. Si enī eligeret xp̄s primit⁹ oratorē:diceret orator eloq̄ntie mee merito elect⁹ sum. Si eligeret senatorē:diceret senator. Dignitatis mee merito elect⁹ sum. Postremo si prius eligeret imperatorem:diceret imperator. Potestatis mee merito elect⁹ sum. Quiescant et differant isti paululū. Quiescāt nō omittant nō cōtēnant.ſz paululū differant.q̄ pñt gl'ari de semetipsis in semetipsis. Da mihi(inquit)illum piscatorē

Da mihi idiotam. Da mihi imperitum. Da mihi eum cum quo non dignatur loqui senator.nec quādo emit piscem ipsum(inquit). Da hunc si implevero:manifestatū erit quod ego facio. quanquam ꝛ senatorē ꝛ oratorem ꝛ imperatorē ego sum facturus.quādocunq̄ tamē facturus sum ego ꝛ senatorem:sed certi⁹ ego piscatorē. Potest senator gloriari de semetipo:potest imperator. Non potest nisi de xp̄o piscator. Veniat ꝓpter docendā salubrem humilitatē:veniat ꝑius piscator:ꝑ ipsum melius adducitur imperator.

Extractatus pl.lxv.

¶Elegit ergo dñs ꝛ oratores.sed illi supbirent si non ꝑius elegisset piscatores. Elegit diuites. sed diceret merito diuitiaꝝ suarum se electos esse:nisi ꝑimo elegisset paupes. Elegit imperatores postea.sed meli⁹ est vt Romā cum venerit imperator: deposito diademate:ploret ad memoriā piscatoris:cp̄ vt piscator ploret ad memoriā imperatoris. Infirma enī mundi elegit deus vt ꝓfundat fortia. Ignobilia mūdi elegit.ꝛ ea que non sunt tāq̄ sint vt ea que sunt euacuentur.

Vt non glorietur omnis caro in conspectu eius.

Ex libro de correctione ꝛ gratia.

Videte quēadmodū nobis abstulit gloriā:vt daret gloriā. Abstulit nostrā: vt daret suā. abstulit inanē: vt daret plenam.abstulit nutantē:vt daret solidam Quāto ergo gloria nostra fortior est:ꝛ firmior (qz in deo est) Non ergo in te debes gloriari. Quod ꝛ phibuit veritas. Sz qđ ait apostolus.hoc p̄cepit veritas.qui gloriaꝝ in dño glorietꝝ.

Glia nr̄a eo firmior est qz i deo est.

ii. Cor. x.

¶Placuit enī deo:quo maxime humane superbiā p̄esumptionis extingueret. vt non glorietꝝ oīs caro coz̄ ipo(id est oīs homo)Unde aūt nō glorietꝝ caro coram ipo nisi de meritis suis? Quequidē potuit habere:sed pdidit.ꝛ ꝑ quod habere potuit per hoc perdidit: hoc est ꝑ liberū arbitrium. Propter quod non restat liberādis nisi gratia liberātis. Ita ergo non glorietur oīs caro coram ipso. Non enī gloriantur iniusti/quia non habent vnde nec iust⁹:quia ex ipso habent. Unde nec habent gloriam suam. nisi ipsum cui dicunt: gloria mea et exaltans caput meum. Ac per hoc ad omnem hominem pertinet quod scriptum est: vt non glorietur omnis caro coram ipso. Ad iustos autē illud. Qui gloriatur in domino glorietur. Hoc enī apostolus apertissime ostēdit. Qui cuz dixisset: vt non glorietur omnis caro coram ipo:ne putarent sancti sine gloria se remāsisse: mox addidit. Ex ipso aūt vos estis in xp̄o Jesu.qui fact⁹ est nobis sapientia a deo et iustitia ꝛ sanctificatio ꝛ redēptio. vt quēadmodum scriptum est. Qui gloriaꝝ in domino glorietꝝ. Hic est q̄ in hoc loco miseriarū(vbi tentatio est vita humana super terram) virtus in infirmitate perficit. Que virtus:nisi vt qui gloriatur in dño glorietur.

Dei ē gl'ia iustorū.

Ex ipso aūt vos estis in christo iesu: qui factus est nobis sapientia a deo ꝛ iustitia ꝛ sanctificatio et redemptio.

Ex libro de trinitate. vij.

Jesus factus est nobis a deo sapiētia et iustitia ꝛ sctificatio: qz tempaliter nos ad illū cōuertimur(id ē ex aliquo tēpe) vt cum illo maneam⁹ in eternū.ꝛ ipe ex quodā tpe verbū caro factū est.ꝛ habitauit in nobis. Propterea igit cum ꝓnunciaꝝ in scripturis: aut enarraꝝ aliq̄d de sapiētia:siue dicēte ipa:siue cum de illa dicit: filius nobis potissimū insinuaꝝ.

Filius dei sapientia.

Ex epla ad cõsentiũ de trinitate. Xps qũo fit nobis vita t iustitia qñ illi coherem⁹

Ea porro iustitia: q̃ viuit in seipa de⁹ ẽ. Procul dubio: atq; incõmutabiliter viuit. Sicut aũt cum sit inseipa vita: etiã nobis fit vita: cũ ei⁹ efficimur vtcũq; participes: ita cũ in seipa sit iustitia etiam nobis fit iustitia: cũ ei coherẽtes iuste viuim⁹. Et tãtomagis minusue iusti sum⁹ quãto illi magis minusue coherem⁹. Ũñ scriptũ est de vnigenito filio dei (cuz sit vtiq; pris sapiẽtia atq; iustitia t semp in seipa sit) q factus sit nobis a deo sapiẽtia t iustitia t sanctificatio t redẽptio. vt quẽadmodũ scriptũ ẽ Qui gloriaf in dño gloriet. Est plane ille summ⁹ deus vera iustitia. vel ille ver⁹ deus: sũma iustitia quã pfecto esurire t sitire debem⁹. ea nra est i hac pegrinatiõe iustitia. t q postea saturari speram⁹ ea nostra est in eternitate plena iustitia.

Ut quemadmodũ scriptum est: qui gloriatur in domino glorietur.

Ex libro de geneſi ad litteram. xi. Gliandũ esse in dño.

Jc enĩ qui gloriaf non nisi in dño gloriatur cũ cognoscit non suũ: sed illius esse non solũ vt sit verũetiã vt non nisi ab illo bene sit sibi: a quo habet vt sit. et hoc dei pceptum est.

Ex libro ỽ bono pſeueran tie.

Et hoc pceptũ obedienter audire (id est vt qui gloriaf in dño gloriet) similiter t cetera. dei donũ est. Quod donũ: q nõ habet: nõ dubito dicere. alia quecunq; habet inaniter habet.

Ex trac. pſi. ctilj.

Quid sit laudari in noie sãcto dei.

Cũ dixisset. Laudamini (qõ vtiq; bñ opantes merito pñt) addidit: in noie sancto eius. vt q gloriatur in dño gloriet. Qui ergo non sibi sed ei volũt psallere: caueant facere iustitiã suã coram hoibus vt videanf ab eis alioq̃n mercedẽ non habebunt apud pẽm q est in celis. Sed luceãt opa eorũ coram hoibus: non eo fine vt ipi videanf ab eis: sed vt videãt bona opa ipor: t glorificent patrẽ eor q in celis est.

Matthe. v.

H

Hoc est laudari in noie sancto ei⁹. Ũñ t in alio psalmo legit. In dño laudabit aia mea: audiant mansueti t letentur.

Pſ. xxxiii.

Capitulum. ij.

Ego cum venissem ad vos fratres: ven non in sublimitate sermõis aut sapientie annũcians vobis testimonium christi. Nõ enĩ iudicaui me scire aliq̃d inter vos nisi Jesũ xpm t hunc crucifixũ. Et ego in infirmitate t timore t tremore multo fui apũ vos: t sermo me⁹ t pdicatio mea nõ in psuasibilibus hũane sapiẽtie verbis: sz i ostẽsiõe spũs t virtutis: vt fides vra non sit in sapientia hoim sz in virtute dei. Sapiam autẽ loq̃mur inter pfectos. Sapiam vero nõ hui⁹ seculi neq; principuz huius seculi qui destruuntur.

Ex ſmõe de calogi ad populum. Propter impfectos nõ est recedẽdũ a veritate. nec loquendũ qõ sapere nõ possint.

Vide amatores veritatis: non accipientes inuanũ nomẽ dñi dei sui: loq̃ sapientiã inter pfectos. etiã impfectis: non q̃dẽ loqui qõ sapere nõ possint: non tñ recedere a veritate t pgere in vanitatẽ. Quãuis enĩ impfecti non capiãt: si q̃d Paulo excelsius fuerit disputatũ de verbo dei deo apud deũ: p quod facta sunt oia possint cape qõ inter eos loquit Paulus tãq; inter puulos xpi: Jesum xpm t hũc crucifixũ. non tñ illa est veritas t ista vanitas. Vanitas aũt esset: si xpm mortẽ non impleuisse sed vinxisse dicerem⁹ si vulnera ista in fantasmate fuisse. si sanguinẽ non vex sed simulatuz de vulneribus emanasse. si falsas eum cicatrices (tanq; post falsa vulnera) eum demõstrasse. Cũ vero ista oia vera dicimus: facta dicim⁹: certa: expssa: impleta credim⁹ t pdicamus: quãuis de sublimi illi⁹ t de incõmutabili veritate non loquamur: non tñ im⁹ in vanitatẽ Qui aũt oia ista in xpo falsa t simulata dicũt. Rane sunt clamantes in palude. strepitũ vocis habere pñt: doctrinã sapientie insinuare non possunt. Deniq; in eccl'ia loquunf heretes veritatẽ. p quaz facta sunt oia. Veritatẽ verbũ carnem factum. et habitantẽ in nobis. veritatẽ xpm de deo natũ. vnũ de vno vnigenitũ t coeternũ. Veritatem: accepta forma serui. natũ ex virgie Maria: passum: crucifixũ: resurgentẽ: ascẽdentẽ: vbiq; veritatẽ. t quã p fecti capiãt: t quã cape puulus non põt. Veritatẽ t in pane t in lacte. In pane magnoz. in lacte puuloz. Jdẽ q̃ppe panis: vt lac fiat: p carnez traiscit. Qui aũt huic veritati p tradicũt t sua vanitate decepti: decipiũt: rane sunt: tedium afferentes auribus non cibum mentibus

Vanitas ẽ vulnera xpi fantaſmata putare.

Christus: semp veritas.

Ex libro de trinitate. j. Purgatõ mentis necessaria ad videndũ diuinitatem xpi.

Accessaria est purgatio mẽtis nre: q̃ illud ineffabile: ineffabil'r videri possit: q nõdũ p̃diti fide nutrimur t p q̃dã tolerabilioza: vt ad illõ capiẽdũ apti t abiles efficiamur itinera ducimur. Ũñ apls in xpo q̃dẽ dicit esse oẽs thesauros sapie t scie abscõditos. Ẽũ tñ (q̃uis tã gra eius renatis: sed adhuc carnalib⁹ t aialib⁹ tanq; puulis in xpo) nõ ex diuina virtute (in q̃ equalis est pri) sed ex hũana infirmitate ex q̃ crucifix⁹ est: cõmẽdauit. Ait nãq;. Neq; enĩ iudicaui me scire aliq̃d inf vos. nisi ihm xpm t hũc crucifixũ. Deinde secut⁹ ait: t ego in infirmitate t timore t tremore multo fui apud vos. t paulo post eis dicit t ego frẽs nõ potui loq vob: q̃si spiritalib⁹ sz q̃si carnalib⁹. Quasi puul' in xpo lac vob potũ dedi: nõ escã. Nõdũ enĩ poterat sz nec q̃dez adhuc potestis. Neq; enĩ iudicaui me (inq;t) scire aliq̃d in vob nisi ihm xpm t hũc crucifixum.

i. Cor. iii.

Deeodẽlibro

Eis aũt loq̃bar q̃ cape altioza de xpi deitate nõ poterãt. Quib⁹ etiã paulo post dicit. Nõ potui loq vob q̃si spiritalib⁹ sz q̃si carnalib⁹. Hoc g̃ inf illos nesciebat: qõ p illũ scire nõ poterãt. t ỽ solũ se scire dicebat. qõ eos p illũ scire optebat. Deniq; sciebat inf pfectos: qõ inf puulos nesciebat. Jbi q̃ppe ait Sapiam loq̃mur inf pfectos. Eo nãq; genere locutõis nescire q̃sq; dr qõ occultat. q ỽ fossa ceca q̃ occulta ẽ. Neq; enĩ aliq̃ genere loquunf scripture: qõ in cõsuetudine hũana non inueniaf: quia vtiq; hominibus loquuntur.

Hoc pſiteri debet pdicator: qõ auditores scire oportet t nõ qõ scire non possunt.

Ex libro de ſti dee et operib⁹

Quid sit euãgelizare xpm.

Hoc est enĩ euãgelizare xpm: nõ tñ dicere que sũt credẽda de xpo: sz etiã q̃ obſuãda ei q accedit ad cõpagẽ corpis xpi. imo ỽo cũcta dicere q̃ sunt credẽda de xpo. nõ solũ cui⁹ sit filius. vñ fm diuitatẽ. t vñ fm carnẽ gẽit⁹. Que ppessus. t q̃re: q̃ sit virtus resurrectõis ei⁹. Qõ donũ spũs pmiserit: dederitq; fidelib⁹: sz etiã q̃tia mẽbza: qb⁹ caput sit. q̃s q̃rat: instituat: diligat: liberet: atq; ad eternã vitã honorẽq; pducat. Hec cũ dicunf: aliq̃n breui⁹ atq; pstricti⁹: aliq̃n lati⁹ atq; vberi⁹: xps euãgelizat. q̃n nõ solũ qõ ad fidẽ: verũetiã qõ ad mores fidelium pertinet: non ptermittit. Hoc itelligi põt etiã in eo qõ cõmẽorat dixisse ap'lm Paulũ. Nihil me dixi scire in vob nisi ihm xpm t hũc crucifixũ. Qõ illi putãt ita dictũ / tanq; nihil aliud eis insinuatuz sit: vt primitus crederent. ac deinde baptisati / quicquid

ad vitā mozesq; pertinet discerent. Hoc (inquit) apostolo satis supq; suffecit. Qui eis dixit: q; et si multos pedagogos haberēt in christo sed nō multos patres: quia eos in christo Jesu p euangeliū ipe genuisset. Si ergo ille qui per euangeliū genuit quāuis gratias agat q; neminē ipsorum baptizauerat nisi Crispū ⁊ Caium ⁊ stephane domum. nihil eos amplius docuit q; christū crucifixū. Quid si dicat aliquis. nec resurrexisse christū eos audisse: quādo per euāgeliū geniti sunt? Unde est igit quod eis dixit. Tradidi enī vobis in primis: quia christus mortuus est fm scripturas. ⁊ quia sepult⁹ ē ⁊ q; resurrexit tertia die fm scripturas: si nihil ni si crucifixum docuerat? Si aūt non ita intelligunt sed hoc quoq; ad christum crucifixum pertinere contendunt: sciant in christo crucifixo multa hōmines discere. ⁊ maxime quod vet⁹ homo noster simul cō crucifixus est: vt euacuet corpus peccati ⁊ vltra non seruiamus peccato. Ut ñ etiā de seipso dicit. Mihi autē absit gloriari nisi in cruce dñi nostri Jesu christi per quē mihi mundus crucifixus est ⁊ ego mūdo. Proinde attēdāt: ⁊ videant quēadmodū doceatur atq; discat christus crucifixus ⁊ ad eius crucem nouerint pertinere: q; etiā nos i eius corpe crucifigimur mundo. Ubi intelligitur oīs coertio malarum cōcupiscentiaꝝ. Ac p hoc fieri non potest: vt eis qui cruce christi informant professa adulteria pmittantur. Nam ⁊ apostolus Petrus: de sacramēto ipsius crucis (hoc est passionis xpi) admonet. vt qui ea cōsecrant peccare desistāt a ita loqns. Xpo ergo passo p carnē ⁊ vos eadem cogitatione armamini. q; qui mortuus est carne: desinit peccare. vt iam non hominū desideriis: sed voluntate dñi dei reliquū in carne viuat. ⁊c. quibus cōsequenter ostendit eum pertinere ad xpm crucifixum. Hoc est per carnem passum. qui in eius corpore crucifixis carnalibus desideriis bene viuit p euangelium.

In christo crucifixo ꝑ multa homines discere habeant.

Quō docetur xps crucifixus ⁊ de misterio crucis.

Quidsit armari cogitatione crucifixi.

ℬ Crucifix⁹ carnalib⁹ desideriis viuit p euāgelium.

Sed loquimur dei sapientiaꝝ in misterio: que abscondita est. quā predestinauit deus ante secula in gloriā nostram: quā nemo principū huius seculi cognouit. Si enim cognouissent: nunq; dñm glorie crucifixissent.

Ex sermōe ꝺ lectiōe euangelij tohānis Hra xpiana icognita oib⁹ sapientibus hui⁹ mūdi est q; omia tradita sūt xpo a pre eius.

Sapia ista christiana (q; oia sunt tradita xpo a patre eius) oīes latuit sapientes hui⁹ mūdi. Nec solū illi q; circa creaturas vl terrestres vl celestes: nimia ⁊ intentissima curiositate occupati: neglexerunt q; rere nec valuerunt inuenire creatorem. sed etiam nec illi q; ex creatura ⁊ ex ijs que videbant inuisibilia eius a quo facta sunt in cognitione puenire potuerūt. agnouerūt quod dictū est. Oia mihi tradita sunt a patre meo. Hec Moyses vidit. Prophete viderūt. Patriarche viderūt. Sapientes illi magni arguti disputatores. inq̄sitores eloquij: quasi tonantes profusores: omnino ignorauerūt ꝺ misterū quod absconditum fuit a seculis in deū. nūc aūt manifestum est sanctis eius paruulis eius. Ergo humilibus eius sup quos requiescit spirit⁹ eius quietis ⁊ trementibus verba eius.

Ex libro de trinitate. j.

Misi ipse esset ⁊ filius homis propter formam serui quā accepit: qui est filius dei propter formā dei in qua est. non diceret apostolus de principib⁹ hui⁹ seculi. Si enim cognouissent: nunq; dominū glorie crucifixissent. Ex forma enim serui crucifixus est. ⁊ tamen glorie dñs crucifixus est. Talis enim erat illa susceptio que deum hominem faceret: ⁊ hominem deum. Quid tamen: propter quid ⁊ quid fm quid dicaꝝ adiuuante dño: prudens ⁊ diligens ⁊ pius lector intelligit. Nam ecce dixim⁹ quia fm id quod deus est glorificat suos. scīz hoc vtiq; quod dominus glorie est. ⁊ tamen dñs glorie crucifixus est. quia recte dicitur ⁊ deus crucifixus non ex virtute diuinitat⁹: sed ex infirmitate carnis

Ex libro tra mariani. ii. Johan. iii.

Una persona est christus deus ⁊ homo. Propter quod etiam nemo (inquit) ascendit in celum nisi qui de celo descendit filius hominis qui est in celo. Si ergo attendas distinctionem substantiaꝝ filius dei de celo descendit. filius hominis crucifixus est. Si vnitatem persone: ⁊ filius hominis descendit de celo: ⁊ filius dei est crucifixus. Ipse est enim dñs glorie. de quo ait apostolus. Si enim cognouissent: nunq; dñm glorie crucifixissent. Propter hanc ergo vnitatem persone non solum filius hominis dixit descendisse de celo: sed esse dixit in celo: cum loqueret in terra.

Distinctio substātiaꝝ et vnitatis persone in christo.

Sicut scriptū est: quod oculus nō vidit nec auris audiuit. nec in cor hois ascendit que preparauit deus ijs qui diligūt eum.

Ex ſmōe de eisdē verbis apostoli.

Impīmis cogitādū est in quo bono spes nra sit collocanda.

Spes nostra non de isto tempe. nec; de hoc mūdo est. Nec; in ea felicitate qua excecantur homines q; obliuiscunt deū. Hoc nosse primitus ⁊ christiano corde tenere debemus: non ad psentis tēporis bona nos factos esse christianos: sed nescio ad quid aliud q; deus iam pmittit ⁊ homo nondum capit. De ꝺ enim bono dictum est. Quod oculus non vidit nec auris audiuit: nec in cor hōis ascendit que preparauit deus diligentibus se. Ergo quia hoc bonum: tam magnum: tam preclarū: tā ineffabile nō inuenit hominē perceptorem: tenuit deū promissorem. Magnū est quod promittaꝝ ⁊ non videtur ⁊ erigitur fides qua credimus quod non videmus vt mereamur videre quod credimus. Quicūq; irridet hanc fidem vt ideo putet non sibi esse credendum q; non videt: quādo venerit quod non credebat: erubescet. confusus separaꝝ: separatus dānatur. Qui aūt crediderit: segregaꝝ ad dexterā. ⁊ stabit cum magna fiducia ⁊ letitia inter illos quibus dicet. Venite benedicti patris mei: percipite regnū quod vobis paratū est ab origine mundi.

Matthe. xxv

Dedit nobis naturā vt essemus. dedit animā vt viueremus. dedit mentē vt intelligeremus. dedit alimenta vt mortalē vitā sustentaremus. Dedit lucem de celo. Dedit fontes de terra. Sed hec oīa cōmunia dona sunt bonoꝝ ⁊ maloꝝ. Si hec dedit ⁊ malis: mihil ne ꝓpriū seruat bonis? Seruat plane. Et q̄d est illud q̄ seruat bonis? Quod oculus non vidit nec auris audiuit: nec in cor hōis ascendit. Quod enī in cor hōis ascendit: infra cor hōis erat. ideo in cor ascendit: quia supra illud est cor quo ascendit. Quod seruat bonis: cor illuc ascendit. Non q̄ ascendit in cor tuū: sed quo ascendit cor tuū: hoc seruat bonis. Moli surd⁹ audire sursū cor. Q̄ ergo oculus nō vidit: nec auris audiuit. Oculus non vidit: q; non est color. Auris non audiuit: q; non est sonus. In cor hominis non ascendit: q; nō est terrēa cogitatio. Sic ītelligite q̄ oculus nō vidit: nec auris audiuit: nec ī cor hōis ascēdit q̄ pparauit deus diligentib⁹ se. Adhuc q̄d ꝺ sit queris a me? Illū interroga q; habitare cepit in te

Ex libro ꝺ ꝺ

Que bona seruant bonis sunt supra cor hominis.

Sursum corda.

G

Dico tamē ꝛ ego. Hoc enī querimus: quid deus ꝓ
ꝓzīū seruet bonis. si bona tāta largitur ꝛ malis et
bonis. ꝛ cum dicerē: quod oculus non vidit. nec au
ris audiuit: nec in coꝛ homis ascendit: non desunt
Precium bonoꝝ de qui dicāt. Putas q̄d est? Ecce quid est quod ser
us est. uat deꝰ solis bonis. quos tamē ipse fecerit bonos.
Ecce quod est breuiter p̄cium nostrū: definitū est
ꝓ ꝓphetā. Ero illoꝝ deus: ꝛ ipi erūt mihi plebs.
Ero illoꝝ deus p̄cuz nobis seip̄m ꝓmisit. Quere
aliud si inueneris meliꝰ. Si dicerem ꝓmisit aurū:
gauderes. Se ꝓmisit ꝛ tristis es? Si dues deum
non habet quid habet? Nolite aliquid a deo que
Gratis a rere nisi deū. Gratis amate. Gratis amabitis / si
mādus de solū deum ab illo desiderabitis. Nolite timere ino
us. piā. Dat se nob: ꝛ sufficit nobis. Det seipsum nob: ꝛ
sufficit nob. Philippū apl'm audi i euāgelio. Dñe
Johan. xiiij. ostende nobis patrem ꝛ sufficit nobis.

Ex tractatu euāgelii ſm iohannē. i. ¶ Qui aūt suscepерūt pacem nunciandā populo
cōtemplati sunt ipam sapientiā / q̄tū potuerit hu
manis coꝛdibꝰ cōspici: quod nec oculus vidit nec
auris audiuit: nec in coꝛ homis ascendit. Si in coꝛ
hominis non ascendit quomodo tūc ascēdit in coꝛ
Johānis? An non erat homo Johānes? An forte
nec in coꝛ Johānis ascendit: sed coꝛ Johānis in
illū ascendit? Quod enī ascendit in coꝛ homis / de
imo est ad hominē. Qđ vero ascendit coꝛ homis /
surſum est ab homie. Etiā sic fratres dici potest /
qz si ascendit in coꝛ Johānis. si aliquo mō dici po
test: in tantū ascendit in coꝛ Johānis / inq̄tum ipe
Oēs sācti Johānes non erat homo. Quid est nō erat homo?
sūt āgeli. i. Inq̄tum ceperat esse angelus: qz oēs scti angeli.
annuncia qz annūciatoꝛes dei. Jdeo carnalibꝰ ꝛ animalib⁹
toꝛes dei. non valentibus percipe que sunt dei. quid ait apo
stolus? Cum enī dicitis. Ego sum Pauli. Ego a
pollo. nonne homies estis? Quid eos volebat fa
H cere / quibus exꝓobrabat: qz hoies erant? Vult
nosse quid eos facere volebat? Audite in psalmis.
Ego dixi. Dij estis ꝛ filij altissimi oēs. Ad hoc er
ps. lxxxi. go nos vocat deꝰ / ne simus homies sed tūc in me
Ad hoc nos vocat deus vt si lius non erim⁹ homies: si ꝓius nos esse homies
mꝰ filii dei agnoscam⁹ (id est vt ad illā celsitudinē ab humili
tate surgamus) ne cum putam⁹ nos aliq̄d esse cuz
nihil simus: non solū non accipiam⁹ quod non su
mus: sed ꝛ amittam⁹ quod sumus.

Nobis aūt reuelauit deus per spiritum suum. Spiritus enī oīnia scrutatur: etiam ꝓfunda dei.

Ex tractatu ꝑi. cxviij. DE spū dei dictū est q̄ oīnia scrutet etiā
altitudines dei. Non vtiq̄ vt quod ne
sciat inueniat: sed qz nihil relinq̄t omni
no qđ nesciat

Ex tractatu ꝑi. lij. ¶ Spiritus enī oīa scrutat. etiam altitudines dei
Non qz ille scrutat qui nouit oīa: sed q̄ tibi donat⁹
est spūs / te scrutari facit. Et quod dono ipi⁹ tu fa
cis: ille facere dicit: qz sine illo tu non faceres.

Quis enī scit hominum que sunt homi nis nisi spiritus hominis qui in ipo est? Jta et que dei sunt nemo cognouit nisi spiritus dei.

Ex libro q̄sti onū numeri titulo. xvlii. HUmana natura cōstat ex coꝛpe ꝛ spiri
tu. quā etiam animā dicunt. De quo et
apl's dicit. quis enī scit hoim / que sunt
hoīs / nisi spūs hoīs qui in ipo est? Sic
ꝛ que dei sunt / nemo scit nisi spūs dei. Et quod ad
iungit ac dicit. Nos aūt non spiritū huius mundi
accepim⁹: sed spm̄ qui ex deo est: ostendit vtiq̄ eē
alium spiritum dei cuius particeps sit spiritus ho
minis: per gratiam dei.

G

Ex libro q̄sti onū numeri titu. lxxiij. ¶ Cum quisq̄ venerit ad eam etatē vt iam possit
capax esse ratiōis: si veritatē statim cōpzehende
re potuerit: non iā illis sensib⁹ rectoꝛibus vtet. sed
habebit virū / spm̄ rationalē. cui sensus illos in fa
mulatū redigat: seruituti subijciēs coꝛpus suū. Cū
ꝛ ipse spūs homis heserit xp̄o (qz caput viri ē chri
stus) amplexus spiritalia eterna vita sine vllo se
Spūs rō parationis timoꝛe ꝓfruit. Quis enī nos separare
nalis ē vi poterit a charitate xp̄i. Est enī anime quasi mari
aīe seu sen tus quodāmodo spūs hominis. qz aialem affectio
sualitatis. nem tanq̄ coniugē regit. Non ille spūs sanctus q̄
cum patre ꝛ filio incommutabilis manet / ꝛ dignis
animis incōmutabiliter dat: sed spiritus hois: de
Ro. viii. quo apl's dicit. Nemo scit q̄d est in homie / nisi spi
ritus homis. Naz ꝛ ille spūs sanctus / spiritus dei
est. De quo iterū dicit. Sic ꝛ que dei sunt nemo scit
nisi spiritꝰ dei. Hic ergo spiritꝰ homis: cum p̄sens
Spūs ho est (id est intentus est ꝛ se pietate subijcit deo) in
minis sub telligit homo. que spiritaliter dicuntur. Cum aūt
iect⁹ deo i diaboli erroꝛ / tāq̄ absente intellectu / in aīa dñat:
telligit q̄ adulter est. Voca ergo (inq̄t) virum tuū. (id ē spi
spiritalit ritum q̄ est in te) quō potest homo intelligere spiri
dicūtur. talia / si nō eum lux veritatis illustret? Ipe assit cū
loquoꝛ tibi: vt spiritalem aquā possis accipe.

Ex tractatu euāgelii ſm iohēz. xxxij. ¶ Unusquisq̄ hō habet in se ꝓꝓzīū spiritum. Ani
mus enī cuiusq̄ / ꝓꝓzius est eius spūs. de quo di
cit Paulus apl's. Quis enī scit hoim que sunt ho
Anim⁹ ho minis nisi spūs hominis q̄ in ipo est? Deinde adiū
minis ē ꝓ ꝓzius ei⁹ xit. Sic ꝛ que dei sunt nemo scit nisi spiritꝰ dei. No
spiritus. stra nemo scit nisi spūs noster. Non enī noui quid
cogitas: aut tu quid cogito. Ipa enim sunt ꝓꝓzia
nostra que in internis cogitam⁹. ꝛ cogitationū vni
uscuiusq̄ hominis ipius spūs testis est. sic ꝛ q̄ dei
sunt / nemo scit nisi spiritꝰ dei. Nos cuz spū nostro
deꝰ cum suo. Jta tū vt deus cū suo spū sciat etiam
P q̄d agaī in nobis nos aūt sine eius spū scire nō pos
sumus q̄d agaī in deo. Deus aūt scit in nobis / ꝛ id
Deꝰ scit in qđ ipi nescimus in nobis. nā infirmitatē suā Pe
nobis id trus nesciebat / quādo a dño / q̄ ter esset negaturꝰ:
etiā qđ ne audiebat. ꝛ eger / se ignozabat. medicus egrū scie
scimus in bat. Sunt ergo quedā que deꝰ nouit in nobis: ne
nobis. scientibus nobis. Tamē q̄tum ad homines perti
net nemo sic nouit / quō ipse homo. Alius nescit q̄d
in illo agaī sed spiritꝰ eius nouit. Accepto ergo spi
Spūs dei ritu dei / discim⁹ ꝛ quid agaī in deo. non quidē to
nos docet tum: qz non accepimus totū de pignoze multa no
q̄d agaī in uimus. Pignus enī accepimus ꝛ huius pignoris
deo. postea plenitudo dabit. Interim in hac pegrina
tione pignꝰ nos cōsolet. qz qui nos dignatus ē op
Cōsolatio pignoꝛare / multum paratus est dare. Si talis est
pegrinati arra. qualis est cuius est arra. Quis enim scit ho
onis ex pi minū que sunt homis nisi spiritus homis qui in ip
gnoze spi so est? sic ꝛ que dei sunt nemo scit nisi spiritus dei.
ritus dei. Nos aūt (inquit) non spiritū huius mundi accepi
mus sed spiritū qui a deo est. vt sciamus que a deo
donata sunt nobis.

Ex libro ꝙfes sionū. viii. ¶ Et admoneoꝛ vt dicam. Certe nemo scit q̄ dei
sunt nisi spiritꝰ dei. Quomodo ergo scimus ꝛ nos
que a deo donata sunt nobis? Respondetur mihi.
Quoniā que ꝓ eius spiritū scimus: etiam sic nemo
scit nisi spiritꝰ dei. Sicut enim recte dictū est: non
Matth. x. enī vos estis qui loquimini eis qui in dei spū loq̄
renī: sic recte dicit. Non vos estis qui scitis eis q̄
Spūs ho in spiritu dei sciunt. Spiritus autem hominis in
mis est po scripturis dicit anime ipius potentia rationalis: q̄
tētia rōna distat a pecoꝛibus: ꝛ eis nature lege dñatur. De q̄
lis anime.

A

Ex libro de trinitate. v.

Spūs dei dr nr et salus nra dī

ps. liij.

dicit apostolus. Nemo scit que sunt hominis nisi spiritus hominis qui in ipso est.

¶Quod enī de patre natū est: ad patrē solū refertur. Cum dicit. Filius. Spūs vero sctūs patris et filij est: necnō ⁊ noster. Quod aūt datū est: ⁊ ad eū qui dedit refert ⁊ ad eos qbus dedit. Jta qz spūs sctūs non tm patris ⁊ filij q dederunt: sed etiam noster dicit qui accepim⁹. Sicut dicit. Dñi est salus: qz dat salutē. Eadē etiā nostra salus est: qz accepimus. Spūs ergo ⁊ dei q dedit: ⁊ noster qui accepimus. Non ille spīrit⁹ noster quo sum⁹. qz ipe est spīrit⁹ hoīs qui in ipo est: sed alio modo iste noster q dicim⁹: ⁊ panē nostrum da nobis. quāgz ⁊ illū spīritum qui hoīs dicit / vtiqz accepim⁹. Quid enī habes (inqt) quod nō accepisti? Sed aliud est qō accepim⁹ vt essem⁹: aliud qō accepimus vt scti essemus. Ñ scriptū est de Johāne q in spū ⁊ virtute helie venerit dict⁹ est ⁊ Helie spūs. scz spūs sanct⁹ quē accepit Helias. Hoc ⁊ de Moyse intelligēdū est / cum ait ei dñs: tollā de spīritu tuo / ⁊ dabo eis.

i. Cor. iiij.

Luce. i.

Ex libro ad paulinā de videdo deo

i. Cor. iiij.

Hoc est / Dabo illis de spū sancto quē ī tibi dedi.

¶Nemo enī scit quid agat in hoie / nisi spūs hominis q in ipso est donec veniat dñs / et illuminet abscondita tenebrarū ⁊ manifestabit cogitationes cordis: vt eas non solū quisqz suas videat: sz ⁊ alioꝝ. Scōm hoc enī dixit apostolus. Neminē scire quid agat in homīe / nisi spīritū hominis q in ipso est: ſm qō videmus in nobis. Nam ſm id qō credimus nec videm⁹ / ⁊ multos fideles esse nouim⁹ / et multis noti sumus.

Ex libro contra maximinum. ij.

Johan. xvij.

Nõ solum ignis inferni sed etiã cõbustio erit eterna ignis eternus sit. Combustio vero eorum (hoc est opatio ignis) non sit in eis eterna. Cum et hoc pui dens domin?: tanq; dns sententiã suam ita conclu serit dicens: sic ibunt illi in combustionẽ eternã. iu sti autẽ in vitam eternã. Erit ergo eterna combus tio / sicut ignis eternus. Et eos in illam ituros ve ritas dixit quoz non fidẽ: sed bona opera defuisse declarauit.

¶ Proculdubio igitur i illa apostoli sententia / alius requirẽdus est intellectus. atq; in his deputan da est / que Petrus dixit esse in scriptis ei? q̃dam difficilia intellectu. quã non debent homines per uertere ad propriũ suum interitũ. vt contra euidẽ tissima testimonia scripturarũ securos faciant de pcipienda salute nequissimos nequitie sue pertina cissime coherẽtes. nec emendando / aut penitẽdo mutatos.

¶ Hic a me fortassis q̃ratur de ipa Pauli aposto li sententia / quid ego sentiã: et quo nã modo intel ligendã putem? Fateor malle hinc me audire in telligentiores atq; doctiores. Dicã tamen q̃brez uissime potero etiã ipse quid sentiã. Fundamẽtum

Fundamẽ tũ xps est et fides q̃ p dilectionẽ operat. christus est. In structura architecti sapientis. Hoc expositione nõ indiget. Aperte enĩ dictũ est. Fun damẽtum enĩ aliud nemo potest ponere preter id quod positum est. quod est christus iesus. Si aũt christus: pculdubio fides christi. Per fidẽ quip pe habitat christus in cordib? nostris / sicut idem apostol? dicit. Porro fides christi. Illa vtiq; quã definiuit apostolus / que p dilectionẽ operat. Nõ enim fides illa demonũ (cum et credant et contre miscant. et filium dei confiteãtur iesum) potest ac cipi in fundamentum. Quare? Nisi quia non est fi des que opatur per dilectionẽ. sed que exprimit p timorem. Fides itaq; christi fides gratie xpiane. Sala. v. (idest ea fides que per dilectionẽ opatur) posita in fundamẽto / neminẽ perire pmittit.

¶ Sed quid sit edificare super hoc fundamẽtum aurum. argentũ. lapides pciosos. Et ligna: fenuz stipulam? Si subtilius disserere coner: vereor / ne ad intelligendum difficiliora sit ea ipsa expositio. Enitar tamen q̃tũ dominus adiuuat. et breuiter Quid sit et quantũ potero / dilucide expedire quod sentio. edificare Ecce ille qui q̃siuit a magistro bono quid boni fa aurũ argẽ ceret vt haberet vitã eternam? Et audiuit. si ad vi tũ lapides tam venire vellet / seruanda sibi esse mandata. Et preciosos cum q̃reret: Que mandata? Dictum est ei. Nõ oc sup fundas cides. Non mechaberis. Non furtum facies. Nõ mẽtũ qõ ẽ falsum testimoniũ dices. Honora patrem tuum et xps. matrem tuã. Et diliges proximũ tuũ tanq; teipm Hec faciẽs in fide christi: proculdubio teneret vti q; fidem que p dilectionẽ operatur. Neq; enĩ dili geret primum tanq; seipsum / nisi recepta dilecti one dei / sine qua non diligeret seipsum. Porro / si faceret etiã quod domin? addidit (dicens. Si vis pfectus esse vade et vende omnia que habes. et da pauperibus. et habebis thesaurum in celo: et veni sequere me) edificaret super illud fundamentum aurum argentũ lapides preciosos. Non enĩ cogi taret nisi que sunt dei / quomodo placeret deo. Et he cogitationes sunt quãtũ existimo / aurum argẽ tum lapides pciosi.

Porro si circa diuitias suas / carnali quodã tene Quid sit retur affectu: q̃uis ex eis multas elemosynas fa edificare li ceret: nec ad eas augẽdas fraudis aliquid / rapine gnũ fenũ q; moliretur. aut earũ minuendarũ vel amittenda stipulã. rum metu / in aliquod facinus / flagitiũ ve laberet. Alioquin iam se istomodo ab illius fundamẽti sta bilitate subtraheret. sed propter carnalem vt dixi quẽ in eis habebat affectum (quo talibus bonis si ne dolore carere non posset) edificaret sup fundamẽtum illud / ligna fenum stipulam. Maxime si et vxorem sic haberet vt etiã propter ipsam cogita ret ea q̃ sunt mũdi: quomodo placeret vxori. Hec igitur quoniã affectu dilecta carnali / nõ sine dolo re amittũtur. Propterea qui ea sic habẽt: cum ha beant in fundamẽto fidem que p dilectionẽ opera tur. neq; huiciista vlla ratione vel cupiditate ppo De igne nant: in eorũ amissione passi detrimẽtum: p quẽdã doloris q ignem doloris peruenĩt ad salutem. A quo dolo purgant q re atq; detrimento / tanto est quisq; securior: quãto venialiter ea vel minus amauerit: vel tanq; non habens / ha peccauerit buerit. Qui vero propter illa vel tenenda vel adi piscenda / homicidiũ / adulteriũ / fornicationem / idolatriam / et similia queq; commiserit: nõ pter fundamentũ p ignem saluabitur: sed amisso funda mento: eterno igne torquebitur.

¶ Anteq; veniat dies dedicatiõis domus / videa Extract. pli. mus quia iam dedicatũ est caput nostrũ. Jam fa xxix. cta est dedicatio domus in capite / tanq; dedicatio fundamenti. Caput sursum est. fundamentũ deor Dedicatõ sum. Me forte propterea male dixerim: fundamẽ dom? in ca tum esse christũ. Culmen est potius: ascẽdit in celũ pite. sedet ad dexterã patris. Sed puto nos nõ errasse Apostolus enĩ dixit. Fundamentum enĩ aliud ne-

A

mo potest ponere / preter id quod positū est: quod est christus iesus. Si quis autē superedificauerit super fundamentū hoc aurum / argentum / lapides pcciosos. Qui bene viuunt. Qui deum honorant et laudant. qui patiētes sunt in tribulatiōibus qui desiderāt patriā: ipsi edificant aurū: argentū: lapides pciosos. Qui autē amant adhuc secularia. et negotijs terrenis implicati sūt. et dediti sunt vinculis quibusdam et affectibus carnis. domibus suis cōiugibus possessiōibus. Et tamē christiani sunt / ita vt nō cor eorum recedat a christo. et nihil ꝓponant christo / quomodo in edificando nihil ꝓponit fundamēto: edificant quidē ipsi ligna / fenum: stipulam.

De igne tribulationis et tēptatiōis purgatiōis venialiū etiā in martyribus.

¶Sed quid secut⁹ est? Uniuscuiusq; opus q̄le sit: ignis probabit. Ignis tribulatiōis et tentationis. Iste ignis multos martyres hic probauit. Omne autē genus humanū probat in finem. Inuenti sūt martyres qui haberent ista secularia q̄ multi diuites et senatores passi sūt. edificabant tamē quidam eorū ligna fenū stipulā in affectibus carnaliū et secularū curarum. Sed tamē quia fundamentū habebant: sup quod edificabant: arsit fenum. Et ipsi manserūt in fundamēto. Sicut dicit apostol⁹. Si cuius opus permāserit: mercedē accipiet. et nihil perdet. quia quod amauit hoc inuenit. Quid ergo ille fecit ignis? Probauit. si cuius opus pmanserit / mercedem accipiet. si cuius opus arserit / damnum patiet. ipse autē saluus erit. sic tamen quasi p ignē. Sed aliud est / igne non ledi. Aliud est p ignē probari. Et vnde? Propter fundamentū. Nō recedat ergo de corde fundamētum. Noli sup fenū ponere fundamentum. Hoc est. Noli anteponere fenū fundamēto vt scilicet fenū habeat pmū locū in corde tuo. et secūdū christus. Sed si iam nō potest nisi esse ibi fenum. vel primū locum ibi habeat christus / et fenū secundū. Ergo fundamentum est xp̄us. quo modo dixi dedicatū est caput nostrum. Ipsum caput est fundamentū. Sed fundamentū deorsum solet esse / caput autē sursum. Intelligat sanctitas vestra quid dicā. Fortassis explicabo in nomie christi iesu. Pondera gemina sūt. Pōdus enim est impetus quidā cuiusq; rei velut conantis ad locum suū. Hoc est pondus ferre lapidem manu pateris. Pondus premit manū tuā. quia locū suū querit. Et vis videre quid querat? Subtrahe manuz: venit ad terrā quiescit in terra. puenit quo tendebat. inuenit locum suū. Pondus ergo illud / mot⁹ erat quasi spōtaneus sine anima. sine sensu. Sunt et alia que versus sursum petūt locum. Hāc / si aquā mittas supra oleum: pōdere suo in ima tendit. Locum enī suum q̄rit. ordinari querit. quia preter ordinem est aqua super oleum. Donec ergo veniat ad ordinem suū inquietus motus est donec teneat locum suū. Cōtra. Funde oleum sub aqua (verbigratia: quemadmodum si vas olei cadat in aquā in abyssum in mare et frangat) nō se patitur oleum subter. Quomodo itaq; aqua supra oleum missa / pondere suo ad ima locū querit suū: sic oleū subter aquā fusum / pondere suo ad summa locum suū querit. Si ergo ita est fratres. quo tendit aqua et ignis? Ignis sursum tendit. locum suum querit Et aqua locū suum q̄rit pondere suo. Lapis ima petit et lignū. Et columne. et terra vnde edificat. ipsa domus / de illo ergo genere rerū sunt que pōdere suo deorsum ferunt. Manifestū est ergo ideo deorsum accipere fundamentū quia pondere suo deorsum versus ferūtur. Et nisi sit quod sustineat totum cadit. quia totum ad terram vergit. Rebus ergo ad ima tendētibus / in imo ponitur fundamētum. Ecclesia vero dei in imo posita tendit in celū Fundamentū ergo nostrū ibi positum / est dn̄s noster iesus christus sedēs ad dexterā patris.

Quo caput nr̄m ē fundam̄tū

Pondus quid sit.

B

¶Ligna quippe et fenum et stipula / non absurde accipi possunt rerū secularium (quāuis licite concessarum) tales cupiditates / vt mitti sine animi dolore nō possint. Cum autē iste dolor venit: si xp̄s in corde fundamēti habet locū (idest vt nihil ei p̄ponat) et mauult homo / qui tali dolore vritur rebus quas ita diligit / magis carere q̄ christo: per dictam rationis vincēdo passiones per ignem fit saluus. Si autē res huiusmodi tēporales et seculares / tēpore tentationis maluerit tenere q̄ christū eum in fundamēto non habuit. quia hec prius loco habuit. cū in edificio / aliquid non sit prius fundamento. Ignis enī de quo eo loco locut⁹ est apostolus / talis debet intelligi: vt ambo p eum transeant. idest et qui edificat supra hoc fundamentū aurum: argētū: lapides pciosos: et qui edificat ligna fenū et stipulam. Cum enī hoc dixisset adiunxit: Uniuscuiusq; opus q̄le sit: ignis probabit. Sic cuius opus manserit quod superedificauit: mercedem accipiet. Si cuius opus exustū fuerit: damnū patietur. Ipse autē saluus erit. sic tamē quasi p ignē Nō ergo vnius eorū: sed vtriusq; opus ignis probabit.

Exlib. enchiridyon.

Nō habet xp̄m p fundamēto q̄ mauult carere xp̄o q̄ tēporalibus.

¶Est quidem ignis tentatio tribulatiōis. de quo aperte alio loco scriptū est. Vasa figuli probat fornax. Et homines iustos tētatio tribulatiōis. Iste ignis in hac interim vita / facit quod apostolus dixit. Si accidat duobus fidelibus. vni scilicet cogitanti q̄ sūt dei / quomodo placeat deo. hoc est edificanti sup christi fundamentū aurū / argentū / lapides pciosos: alteri autē cogitanti ea q̄ sūt mūdi / quomodo placeat vxori. idest edificāti super idē fundamētū / ligna / fenū stipulam. Illius enī opus non exurit. quia nō ea dilexit quorū amissione cruciet ur. exurit autē huius. quoniā sine dolore nō pereūt que cū amore possessa sūt. Sed quoniā alterutra condictiōe ꝓposita: eis potius mauult carere q̄ christo. Nec timore amittēdi talia deserit xp̄m. q̄uis doleat cū amittit: saluus erit quidē. sic tamē quasi p ignem. quia vrit eū dolor rerum quas dilexerat amissarū. sed nō subuertit neq; consumit: fundamenti stabilitate atq; incorruptione munitum.

Ignis p batiōis est tētatio tribulatiōis.

Exod. xxiij.

¶Tale etiā aliquid post hāc vitam fieri / incredibile nō est. Et vtrū ita sit queri potest: et aut inueniri aut latere nōnullos fidelium / p ignem quēdā / purgatorium / q̄tomagis minus ve bona pereuntia dilexerūt: tanto tardius citiusue trāsituros saluari. Non tamē tales de quibus dictū est q̄ regnum dei non possidebunt: nisi conuenienter penitētibus eadē crimina remittant. Cōueniēter autē dixi: vt steriles in elemosynis nō sint q̄bus tantum tribuit scriptura diuina / vt earū tantūmodo fructū se imputaturū / pnunciet dn̄s dextris. Et earū tantummodo sterilitatem sinistris. quādo ijs dicturus est Uenite benedicti patris mei: pcipite regnū. Illis autē. Ite in ignem eternum.

De igne purgatorio.

Sala. v.

Ultāda ē sterilitas elemoysinarum.

Matth. xxv.

¶Non sibi polliceat vnusquisq; habens facta nefaria / que regnū dei non possidebūt. Et dicat sibi quoniā habeo signum christi. et sacramēta christi: nō mouebor ineternū. Et si purgor per ignem: saluus ero. Nam quid est quod ait apostolus de ijs q̄ habent fundamentum? Fundamentū aliud nemo potest ponere preter id quod positum est. quod est

Extrac. fil. lxxx.

G christus iesus. Quid est (inquiunt) quod sequitur Unusquisq; autē super fundamētum videat quomodo superficet. Alius enī supedificat aurū / argentum / lapides pciosos. Alius / ligna / fenum / stipulam. Uniuscuiusq; opus quale sit ignis probabit: dies enī domini declarabit. quia in igne reuelabitur. Si cuius opus pmanserit quod supedificauit: mercedē accipiet. Hoc est. si sup fundamētum iusta opera edificat: aurū / argentuz / lapides pciosos. si autē peccata: ligna: fenum: stipulam. tamē propter fundamētū ipe saluus erit. sic tamē tanq; per ignem.

¶ Fratres / nimis timidus esse volo. Melius est enī nō vobis dare securitatem malam. Non dabo quod nō accipio. timens terreo. Securos vos facerem / si securus fierem. Ego ignē eternum timeo. t erit tēpus eozū ineternū. Non accipio nisi ignem
Isay. lxvi. eternū. De quo alio loco scriptura dicit. Ignis eorum nō extinguetur et vermis eozū non morietur. Sed de impijs dixit: ait aliquis. Non dixit de me quia q̄uis peccator sim: q̄uis adulter: q̄uis fraudator: quāuis raptor: q̄uis plurus: habeo tamen fundamentū christū. Christianus sum: baptizatus sum: ego per ignē purgor. Et ppter fundamentū non pereo.

¶ Dic mihi iterū. Quid es? Christianꝰ sum inq;s. Interim transi. Quid aliud? Raptor. Adulter. t c.
Gala. v. de quibus apostolus dixit quoniā qui talia agunt: regnum dei nō possidebunt. Certe ergo a talibus non correctus. De talibus cōmissis penitentiā nō agens / regnū celoz̄ speras: nō opinor. quia qui talia agunt / regnū dei nō possidebūt. Et ignoras si
Roma. ii. patientia dei ad penitētiā te adducet. Tu (nescio quid tibi pollicens) secundū duriciā tuā et cor impenitens / thesaurizas tibi iram in die ire et reuelationis iusti iudicij dei. qui reddit vnicuiq; secundū
H opera sua. Attende ergo ipm iudicem venientem. Bene (deo gratias) non tacuit sententiā definitiuam. nō misit foras reos et duxit velū. ante enī voluit pnunciare quod disposuit facere. Nempe congregabūtur ante eū omnes gentes. Quid de illis faciet? Separabit eas. t alios ponet ad dexteram
Matth. xxv. alios ad sinistrā. Nūquid medius locus seruatur? Quid dextris dicturus est? Uenite benedicti patris mei percipite regnum. Quid sinistris? Ite in ignem eternū / qui paratus est diabolo et angelis eius. Si itaq; nō times mitti quo: vide cū quo.

¶ Si ergo omnia illa opera regnū dei nō possidebunt. Immo non opera: sed qui talia operant. Nā opera talia in igne nō erunt. Nō enī illo igne ardētes furaturi sūt t adulteraturi: sed qui talia agunt regnū dei non possidebunt. Non ergo erunt a dextris cū illis q̄bus dicet. Uenite benedicti patris mei / percipite regnū. quoniā qui talia agūt regnū dei non possidebūt. Si ergo a dextris nō erūt: non restat vt sint nisi a sinistris. Sinistris q̄d dicit? Ite in ignē eternū. quia erit tēpus eozū ineternū.

¶ Expone ergo (inquis) nobis? Ligna fenum stipulam / qui edificant super fundamētū / quomodo non pereāt sed salui fiant sic tamē tanq; per ignem Obscura quidē questio illa. Sed vt possum breuiter dicam. Fratres. Sūt homines omnino contēptozes huius seculi. q̄bus non est notū quicq̄d tēporaliter fluit. Nō herent dilectione aliqua terrenis opibus. sancti. casti. cōtinentes: iusti. Et fortasis omnia sua vendētes. et paupibus distribuētes
q̄z varie edificat sup fundamtū christum. Aut possidentes tanq; non possidētes. Et vtentes hoc mundo tanq; nō vtentes. Sunt et alij / qui rebus infirmitati cōcessis / inherēt aliquāta dilectione ille nō rapit villam alienā: sed tamē sic amat suā vt si pdiderit conturbetur. Non rapit nec appetit vxorem alienā: sed sic amat suā / sic inheret sue / sic miscet sue / vt modū ibi nō teneat tabulis pscriptum Liberozū procreandozū causam: nō tollit aliena: sed repetit sua / et habet iudiciū cū fratre suo. Talibus enī dicit. Jā quidē omnino delictū est in vobis. quia iudiciū habetis vobiscū. Uerū / ipsa iudicia in ecclesia iubet agi: non ad forū trahi. Tamē delicta esse dicit. Contēdit enī xp̄ianus pro rebus terrenis amplius q̄z decet eū cui promissum est regnū celozū. Nō totum cor sursum leuat. sed aliquā eius ptem trahit in terrā. Denicq; / si veniat tēptatio ducēdi martyrij: illi qui habēt in fundamēto xp̄m: et edificant aurū / argentū / lapides pciosos: q̄d dicunt ex hac oportunitate? Bonū est mihi / dissolui et esse cū christo. Alacres currūt aut nihil aut modice de terrena fragilitate cōtristantur. Illi autem amantes res ppias domos ppias / grauiter cōturbantur. fenū et stipula et ligna ardent. Habent ergo ligna / fenum / stipulam sup fundamētum sed tamen rerū concessarū / nō illicitarū. Dico enī fratres. Possides fundamentū / here celo / calca terram. Si talis es: nō edificas nisi aurū / argentum / et lapides pciosos. Cum autē dixeris. Amo possessionē istam: timeo ne pereat: et imminet damnū tu contristaris. Non quidē preponēs eam christo Nam sic amas possessionē istā / vt si dicat tibi. Ipsam vis: an christū: et si tristis eam perdis. plus tamen amplecteris christū quē posuisti in fundamēto: saluus eris tanq; per ignē. Audi aliud. Non poteris tenere possessionē istam / nisi dixeris falsum testimoniū. Hoc tamen nō facere: christū in fundamento ponere est. Ueritas enī dixit. Os quod mētitur / occidit animā. Ergo si possessionē tuam diligis: non tamē ppter illam facis rapinā. non ppter illam dicis falsum testimoniū. non ppter illam facis homicidiū. non ppter illā falsum iuras: nō propter illā christū negas: eo q̄ non ppter illam facis hec christū habes in fundamēto. Sed tamen quia diligis eam et cōtristaris si perdas illā: super fundamentū posuisti / non aurū / nō argētum / aut lapides pciosos: sed ligna / fenū et stipulā. Saluus ergo eris cū ardere ceperit q̄d edificasti. sic tamen tanq; per ignē. Nemo ergo super fundamētū hoc edificet adulteria / blasphemias / sacrilegia / idolatriā / periuria / et putet se saluū futurū per ignem. q̄ si ista sint ligna / fenum et stipula. Sed qui edificat amorem terrenorū super fundamentū regni celorum (idest super christū) ardebit amor rerū tēporaliū. et ipe saluus erit p idoneū fundamentū.

Sapi. j.

P

Si cuius opus arserit detrimentum patietur ipse autem saluus erit. sic tamen quasi per ignem.

Ex libro de vtilitate di. xxj

HAbent (inquiunt christiani) Catholici in fundamēto christum. a cuius vnitate non recesserunt: tametsi huic fundamēto supedificauerint quālibet pessimam vitam velut ligna. fenum. stipulam. Recta itaq; fides / per quā christus est fundamētū quāuis cum damno: quoniā illa que supedificata sūt exurētur tamen poterit (vt dicunt) eos quandoq; ab illius ignis ppetuitate saluare. Respōdeat eis apostolꝰ Jacobus breuiter. Si quis dicat se fidem habere opera autē non habeat: nunquid poterit fides saluare eum? Et quis est (inquiūt) de quo dicit aplꝰ
Jacobi. ii.

H

Paulus Ipse autē saluus erit: sic tamen quasi p ignem? Simul q̄s iste sit inq̄ramus. Hunc tamen nō esse certissimū est. Ne tamen duozū apostolozū sentētias mittamus in ritxam si vnus dicat: Etiam si mala opera q̄s habuerit: saluabit eū per ignem fides. Alius autē: Si opera nō habeat / nunq̄d poterit fides saluare eū? Inueniemus ergo q̄ possit saluari per ignē: si prius inuenerimus quid sit habere in fundamēto christū. Quod (vt de ipa similitudine ēt totius aduertamus) nihil in edificio pponitur fundamento. Quisq̄s itaq̄ sic habet in corde christū / vt ei terrena et tēporalia / nec ea que licita sūt atq̄ concessa / pponat: fundamētū habet xp̄m. Si autē ponit: et si videat habere fidē christi: nō est in eo tamē fundamentū christus / cui talia ppōnunt. Quātomagis si salutaria pcepta contēnēs / cōmittat illicita / non prepositisse xp̄m sed postposuisse cōuincit. quē primo habuit imperantē siue cōcedentē / dū circa eius impata siue concessa / suam p flagicia delegit expiere libidinem. Si quis itaq̄ xp̄ianus diligit meretricē: eiq̄ adherēs vnū corp⁹ efficit: iam in fundamēto non habet christū. Si q̄s autē diligit vxorem suā secūdū christū: quis ei dubitet fundamentū esse xp̄m? Si vero secundū hoc seculū. si carnaliter. si in morbo concupiscentiarū / (sicut et gentes q̄ ignorant deū) etiā hoc apls secundū veniā cōcedit. Immo p apostolū xp̄s. Potest ergo et iste in fundamēto habere xp̄m. Si enī nihil ei talis affectionis voluptatisq̄ pponat. quāuis supedificet ligna / fenū / stipulā: xp̄s tamen est fundamentū: ppter hoc saluus erit p ignem. Delicia quippe huius mūdi amorescq̄ terrenos / ppter coniugalē quidē copulā non dānabiles: tribulationis ignis exuret. Ad quē ptinent ignē / et orbitates / et quecūq̄ calamitates que hec auferunt. Ac p hoc ei / qui edificauit erit edificatio ista damnosa. quia nō habebit q̄ supedificauit. Et eo⁹ amissione cruciabit quibus fruēdo vtiq̄ letabat. Sed per hūc ignē saluus erit merito fundamēti. q̄a etsi vtrū id habere mallet: an xp̄m a psecutore ppone retur: illud christo non ponēret. Unde nūc in apostoli verbis hominē edificantē super fundamentū aurū / argentū / lapides pciosos. Qui sine vxore est (inquit) cogitat que sūt domini: quomodo placeat deo. Unde aliū edificantē ligna / fenum / stipulā: Qui autē matrimonio iunctus est (inquit) cogitat que sūt mundi: quomodo placeat vxori.

[Uniuscuiusq̄ opus manifestabit dies enim domini declarabit (dies vtiq̄ tribulationis) quoniā in igne (inquit) reuelabitur. (Et andē tribulationē ignem vocat. sicut alibi legitur. Uasa figuli pbat fornax. et homines iustos tentatio tribulatiōis). et vniuscuiusq̄ opus quale sit ignis probabit. Si cuius opus pmanserit. Permanet quod vnusquisq̄ cogitat que sūt dñi quomō placeat deo. quod supedificauit / mercedē accipiet (ideſt vnde cogitauit hoc sumet) Si cuius autē opus arserit: damnum patiet (quoniā quod dilexit non habebit) ipse aūt saluus erit (Quia nulla eū tribulatio ab illi⁹ fundamēti stabilitate semouit) sic tamen quasi per ignē (Quod enī sine illicitē amore nō habuit: sine vrē te doloze non perdet.)

Quid sit hr̄e xp̄m ī fundamto

De qb⁹ supza memimus ī enumeratone pauli.

Suple p̄pter fornicationem.

a

I. Cor. v.

Eccle. xxvii.

Auctoris cōtinuatio

Matth. xxv.

Ecce ēt tum mihi videtur inuētus est ignis qui nullū eorum dānet. Sed vnū dicet: alterum dānificet: ambos probet. Si autē ignem illum loco isto voluerim⁹ accipere: de quo dñs dicit sinistris. (Discedite a me maledicti in ignem eternū:) vt in eis etiam isti credātur qui edificāt super fundamentū ligna fenū stipulam: eosq̄ ex illo igne post tempus pro malis meritis impartitū. Liber et boni fundamenti meritū. Quid arbitramur dextros / q̄bus dicetur. Uenite bñdicti patris mei possedite paratū vobis regnū: nisi eos qui edificauerunt sup fundamentū aurū / argentū / lapides pcciosos? Sed in illū ignem / de quo dictū est (sic tamē quasi p ignē) si hoc modo est intelligēdus vtriq̄ mittēdi sūt. Et dextri. scilicet et sinistri. Illo quoq̄ igne vtriq̄ probandi sūt / de quo dictū est. Dies enī declarabit q̄a in igne reuelabit et vniuscuiusq̄ opus q̄le sit ignis probabit. Si ergo vtrunq̄ probabit ignis. vt si cui⁹ opus pmanserit (ideſt nō fuerit igne cōsumptum) quod supedificauit mercedē accipiat. Si cui⁹ autē opus arserit: damnū patiat: profecto nō est illei pe eternus ignis: in illū enī soli sinistri nouissima et perpetua dānatione mittētur. Iste autē dextros probat. Sed alios eorū sic probat: vt edificium (quod sup christū fundamentū ab eis inuenerit esse constructum) nō exurat atq̄ cōsumat. alios aūt alter (ideſt vt quod supedificauerit ardeat. damnūq̄ patiant inde) salui fiant autē quoniā christū in fundamēto stabiliter positum / pcellenti charitate tenuerunt. Si autē salui fient: profecto et ad dexterā stabunt (et cū ceteris audient. Uenite benedicti p⁹ris mei. possidete paratum vobis regnū) et nō ad sinistram / vbi illi erunt qui salui nō erunt. et ideo audient. Discedite a me maledicti in ignem eternū. Nemo quippe ab illo igne saluabit. quia in suppliciū eternū ibunt illi omnes. vbi vermis eorū non morietur et ignis nō extinguet quo cruciabunt die ac nocte in secula seculorū. Post istius sane corporis mortem (donec ad illū veniatur: qui post resurrectionē corporū futurus est dānationis et remunerationis vltimus dies) si hoc tēpus interuallo / spūs defunctorū eiusmodi ignem dicunt perpeti / quē non sentiant illi qui nō habuerūt tales mores et amores in huius corpis vita / vt eorum ligna et fenum / et stipula cōsumant. Alij vero sentiant qui eiusmodi secū edificia portauerunt: siue ibi tantū: siue et hic et ibi: siue ideo hic / vt nō ibi: et secularia quāuis a dānatione venialia: concremante ignem transitorie tribulationis inueniāt: non redarguo. quia forsitan verum est.

Esaie. lxvi.

b

Extrac. ps̄i. xxxvii.

Domine / Ne in indignatiōe tua arguas me. neq̄ in ira tua emēdes me. Futuq̄ est enī / vt quidam in ira dei emendētur et in indignatiōe arguantur. et forte non omnes qui arguent emendabunt. Nā vtiq̄ arguet eos q̄bus dicet. Esuriui: et non dedistis mihi manducare. Sitiui: et nō potastis me. ⁊c. que ibi prosequēs / quādā inhumanitatē ⁊ sterilitatem increpitat malis. q̄bus ad sinistram cōstitutis dicet. Ite in ignem eternū / qui paratus est diabolo et angelis eius. Hec ille grauiora formidans: excepta vita ista in cuius malis / plangit et gemit / rogat et dicit: Domine ne in indignatiōe tua arguas me. Non sim inter illos q̄bus dicturus es. Ite in ignem eternū qui paratus est diabolo et angelis eius. Neq̄ in ira tua emendes me / vt in hac vita purges me. Et talem me reddas / cui iam emēdato pus ignis non opus sit. propter eos qui salui erunt: sic tamē quasi per ignem. Quare? nisi quia hic edificant supra fundamentū ligna / fenum / stipulam. secus si edificarent aurum / argentum / lapides pcciosos. ⁊ de vtroq̄ igne securi essent. nō solum de illo igne eterno / qui in eternum cruciatur? est impios: sed etiam de illo qui emēdabit eos qui per ignem salui erunt. Dicitur enī. Ipse autē saluꝰ

G De igne purgatorio.

erit. sic tamen quasi p ignem. Et quia dicitur saluꝰ erit: contẽtur ille ignis. Ita plane. quãuis salui p ignem: grauior tamẽ erit ille ignis: cũ quicquid potest homo pati in hac vita. Et nostis / cũcta hi passi sunt mali. quãti voluerunt pati et boni. Quid enĩ quisq; maleficus. latro. adulter. sceleratus. sacrilegus / tulit legibus: quod nõ pertulit martyr in cõfessõie christi? Ista ergo que hic fũt / multo facilio ra sunt / et tamẽ videte quẽadmodũ ea homĩes ne patiãtur quicquid iusseris faciunt: Quãtomelius faciant quod iubet deus / ne illa grauiora patiant.

Extrac. ꝑsl. cili. Spiritales nõ habẽt diuisionem.

C Aues autẽ non diuisit. Spiritales nõ habẽt diuisionem. nec cogitant scismata. Pax est in eis. custodiunt eã in ceteris cũctum possunt. vbi autẽ in alijs deficiunt / in se tenent. Si enĩ ibi (inquit) filius pacis: requiescet super eum pax vestra. Si quo minus: ad vos reuertetur. Nõ est ille filius pacis diuidi voluit: reuertek ad te pax tua: quia aues nõ diuisit. Venit et caminus. Nam consedit ibi abraham vsq; ad vesperã. et venit magnus terror diei iudicij. Vespera enĩ illa finis seculi. et caminꝰ ille / veniens dies iudicij diuisit inter media illa que diuisa erãt etiã caminꝰ. Si inter mediũ transit caminus: alia in dexteram: alia in sinistram separauit. Sunt ergo quidã carnales. et tamẽ in ecclesie gremio continẽtur: viuentes secundũ quẽdã modum suum: quibus timemus ne seducantur ab hereticis.

Gene. xv.

Carnales diuisibiles sunt.

Quãdiu enĩ carnales sunt / diuisibiles sunt. Aues quippe non diuisit. Carnales diuidunk non potui vobis loqui quasi spiritalibus: sed quasi carnalibꝰ Et quomodo probatur quia carnales diuidunk? Adiungit. Cum enĩ dicat vnusquisq; vestrũ. Ego sum pauli. Ego autẽ apollo. Ego vero cephe: nõne carnales estis et secundũ hominẽ ambulatis? Rogo vos fratres / audite et ꝓficite. excutite vos de loco carnali: pgite in turturẽ et columbã. Aues enĩ non diuisit. Sed quicũq; talis pmanserit: et secundũ quẽdã modũ vite aptum carnalibus nõ vixerit. et de gremio ecclesie nõ recesserit et nõ fuerit seductus ab hereticis vt ex contraria pte diuidatur: veniet caminus et ad dexterã ponetur. Sine camino diuidi nõ potest. Sed si caminũ pati nõ vult: pergat in turturẽ et columbã. Qui potest capere capiat. Si autẽ nõ sic erit. et edificauerit sup fundamẽtum ligna / fenum / stipulã (idest amores seculares fundamẽto fidei sue supedificauerit) tamen si in fundamento sit christus / vt primũ locuꝫ ipse habeat in corde. et ei nihil oino anteponatur. Portantur et tales. tolerank et tales: veniet caminus: incendet ligna / fenum / stipulam. Ipe autem (inquit) saluus erit. sic tamen tanq; per ignẽ. Hoc aget caminus. Alios in sinistrã separabit. Alios in dexteram quodãmodo eliquabit.

H

Nescitis quia templum dei estis. & spiritus dei habitat in vobis?

Extrac. ꝑsl. cxxii.

O Mnes adhuc infirmi. & secundũ fidem ambulantes: secũdũ fidem templũ dei sunt. et templũ dei erũt aliquãdo scõm speciem. Tamdiu enim fũt templum secũdum fidem / quãdiu in ipsis christus per fidẽ habitat. sicut dicit apostolus. Habitare christũ per fidem in cordibus vestris. Sunt autẽ tam celi in q̃bus tam p speciẽ habitat christus: vidẽtes eum facie ad faciem / omnes sancti angeli / omnes sancte virtutes / potestates / sedes dñationes. Hierlm illa celestis vnde peregrinando ingemiscim⁹. et quã desiderando oramus. Ibi habitat deus. Illuc leuauit iste fidem. Illuc ascendit / affectu desiderãdo et ipsum desideriũ facit animam deserere sordes peccatorum et mundare ab omni labe / vt fiat et ipsa celum. quia leuauit oculos ad eum qui habitat in celis. Nam si celũ sit quod oculis videm⁹ / si intellexerimus istud corporeũ esse habitationẽ dei: transitura est habitatio dei quia celum et terra transiet. Deinde anteq; faceret deus celũ et terram vbi habitabat? Sed dicet aliquis: & anteq; faceret sanctos / vbi habitabat? In se habitat deus. Apud se habitat. et apud se est deus. et quando dignatur habitare in sanctis: nõ sic sunt sancti domꝰ dei / vt ipa substracta cadat deꝰ. Aliter enĩ nos habitamꝰ in domo. Aliter deus in sanctis tu habitas in domo. que si substracta fuerit: cadis. Deus autẽ sic habitat in sanctis / vt si ipse discesserit cadant. Quicunq; ergo sic portat deum vt sit templũ dei: non putet sic a se portari deum / vt terreat deum si se subducat. Ve illi si se substraxerit deus. quia ipse cadet. Nã deus in se semp manet. In quibus vero nos habitamus / ipa nos continent. In quibus autẽ deus habitat: ipe illos continet.

Desideriũ celestiũ facit animã dimittere sordes peccatorum.

Aliter hõ habitat in domo aliꝫ deꝰ in sanctis.

C Suscipere te dicis quod ꝓtuli. Nescitis / quia templum dei estis: & spiritus dei habitat in vobis? Quod potuisti dicere / ideo dictũ esse. quia in nemine habitat deus / quẽ non ante spũs sanctus sanctificauerit atq; purgauerit / quasi templũ deo habitaturo / non sibi sanctificet et purget spiritus sctũs cum apostolus hinc ostẽderit ipm esse deũ / cuius nos dixerat templũ. quia non ait: et spiritꝰ dei sanctificat et purgat vos vt deꝰ habitet in vob̃: sed ait spiritus dei habitat in vobis. Vtiq; in templo suo deus habitat. Nam quid est templũ dei: nisi habitaculum dei? Vidisti autẽ tu etiã consequẽter esse deum nostrũ / cuius sumus templũ. et noluisti aliud testimonium commemorare cũ quod ꝓtuli. nescitis quia corpus vestrũ / templum in vobis spũs sancti est. quem habetis a deo? Jam ergo cõfitere deum esse spiritũ sctũm. Neq; enĩ (nisi esset deus) haberet templũ et templũ nõ manu factũ: sed edificatum de mẽbris dei. Christus enĩ super omnia est deus benedictus in secula cuius mẽbra fũt nra corpora. Qui enĩ dixit. Nescitis quia corpus vestrum templum in vobis spiritus sancti est: ipse dixit. Nescitis quia corpora vestra membra fũt xpi. Ita ne vero cui de lignis et lapidib⁹ salomon edificauit templum / deꝰ est? et cui templũ edificat de membris christi (hoc est de membris deꝰ) deꝰ non est? Cum loquens de deo beatissimus martyr stephanus dixerit. Salomon edificauit ei domũ sed summus / non in manufactis templis inhabitat. et tamen christi membra quorũ caput est sup omnes celos / templum sunt spũs sancti: quem constat venisse de celo. Istum negare deum quid est / nisi nõ esse et nolle esse templũ eius? Alloquitur nos apostolus: dicens. Obsecro autẽ vos fratres per misericordiã dei / vt exhibeatis corpora vestra hostiam viuam / sanctam / deo placentem. Corpora itaq; fidelium hostia sunt deo. membra christi templum spũs sancti. Et deus non est spũs sanctus? Quis hoc dicit nisi in quo non inhabitat? quoniã in quo habitat: vtiq; tẽplũ eiꝰ est. Deniq; cum dixisset apostolus. Nescitis quia corpus vestrũ templũ in vobis spiritus sancti est. quẽ habetis a deo. & nõ estis vestri. Empti enĩ estis ꝓtio magno: continuo secutus adiũxit. Glorificate ergo deũ in corpe vro. Vbi dilucide ostẽdit deum esse spiritum sanctum glorificandum scilicet in corpore vestro / tanq; in

Ex libro contra maximianum. ii.

Deꝰ nemĩ nẽ inhabitat nisi sanctificatum

Ostẽditer scripturis spũm sanctũ eẽ deũ

i. Cor. vi.

Roma. xii.

Corpa fideliũ sunt. hostia deo mẽbra xpi tẽplũ spũs sancti.

i. Cor. vi.

H Actuum.v. templo suo. ¶Et quod ananie dixit apl'us Petrus Ausus es mentiri spiritui sancto? Atq; ostendens deum esse spiritum sanctū: non es (inquit) hominibus mentitus sz deo. vbiq; adest spiritus sctūs: ad homines in eternam vitā regenerandos. et nō est eis deus? Immo vere est. ⁊ deus verus est. qz veri dei membra: templum eius sunt. ⁊ vtiq; subiectum est tēplum illi cuius est templuz. Quomodo ergo deus nō est cui sunt mēbra dei subiecta? Ac per hoc ⁊ domin⁹ est templi sui. Quis enīz hoc neget? Quis ita desipiat vt dicat nō aliquem esse dominuz domus sue? Quomodo ergo spiritusſctūs non est dominus: qui domin⁹ est membrorū domini? Ipse est quippe spūs domini. de quo vno eodemq; loco dictū est. cum autem conuersus fuerit ad dominū: auferet velamen. Dominus aūt spiritus est. vbi aūt spiritus domini: ibi libertas. Quomodo aūt rex nō est cui templū est que mēbra sūt regis? Quomodo nō cōsidet patri ⁊ filio qui repleuit filium: qui membra filij vt suaz possidet domū? Deinde cum de patre procedat: quomodo cū patre non sedet? cū ipsa sessio non sit vtiq; cogitāda carnaliter. Postremo qualis vobis persuasit spiritus vt sancto spiritui denegetis quod sanctis hominibus sancta scriptura cōcedit: vos videritis. Ait enī apl'us. Cum essemus mortui pctis: cōuiuificauit nos xp̄o. cuius gratia sumus saluī facti et simul excitauit. et simul sedere fecit in celestib⁹ in christo iesu. sancti ergo quos sanctificat spiritusſctus cōuiuificati xp̄o: ita simul sessuri predestinati sunt: vt tam factum dicat apl'us quod certus est esse affuturum. et ipsi spiritui sancto sustrahitur a nobis (quisquis est ille consessus) tanq; sedere cū patre et filio sit indignus qui eadem sede efficit dignos.

ii.Cor.iii.

Ephe.ii.

B Ex lib. de trinitate. vii. ¶Deū esse spiritū sanctū: scriptura clamat apud apl'm: que dicit. Nescitis qz templū dei estis. statiq; subiecit ⁊ spūs dei habitat in vobis? De⁹ enī habitat in templo suo. Non enī tanq; minister habitat spūs dei in tēplo dei. cū alio loco euidētius dicat ipse apl's. Nescitis qz corpa vra templū in vobis sūt spūsſcti quē habetis a deo? nō estis vestri? Empti enim estis precio magno glorificate ergo deum in corpore vestro.

Ex lib. sūa ⁊ sperī. Preparatio ad oronē in tēplo. ¶Qui supplicaturus deo locū sanctū ⁊ aptum requiris: interiora tua munda. ⁊ omni inde mala cupiditate depulsa: prepara tibi in cordis tui pace secretum. Volens in templo orare in te ora. et ita age semp vt templum dei sis. vbi enim deus exaudit ibi habitat.

Ex epla ad dardanū de presentia dei ¶Si aīma in corpe pstituta non solū nullas āgustias verū etiā quandā latitudinē inuenit non corporalū locorū: sed spiritaliū gaudiorum. cū sit qđ ait apostolus Nescitis qm̄ corpora vra templū in vobis sūt spiritusſcti. quē habetis a deo. Nec dici (nisi stultissime) pōt nō habere locū in nostro corpore spiritū sanctū / quod totū nostra anima impleuerit: q̄to stultius dicitur vllis angustijs impediri alicubi trinitatē: vt pater ⁊ filius et spiritus sanct⁹ vbiq; simul esse nō possint? Meruz illud est multo mirabilius: q̄ cū deus vbiq; sit totus: nō tamen in omnibus habitat. Non enī omnib⁹ dici potest. qđ ait apl's vel quod iā dixi: vel etiam illud. Nescitis qz templū dei estis ⁊ spiritus dei habitat in vobis? Licet deꝰ vbiq; sit totꝰ nō tñ in oibꝰ habitat.

Roma. viii. Unde ecōtrario de quibusdā dicit idem. Quisq; autem spiritū xp̄i nō habet. Hic nō est eius. Quis corpo audeat opinari (nisi quisquis inseparabilitatem trinitatis penitus ignorat) q̄ in aliquo possit habitare pater aut filius in quo nō habitat spiritusſanct⁹? aut in aliquo spūsſanctus: in quo nō et pater ⁊ filius? Unde fatendū est vbiq; deum esse per diuinitatis presentiā. sed nō vbiq; per inhabitationis gratiā. Propter hanc enī inhabitationē (vbi procul dubio gratia dilectionis ei⁹ agnoscit) nō dicimus: pater noster qui es vbiq; (cū ⁊ hoc verū sit) sed pater noster qui es in celis. vt ⁊ templuz eius potius in ore cōmemorem⁹ quod et nosipsi esse debemus. Et inq̄tum sumus: intantū ad eius societatē ⁊ adoptionis familiā ptinemus. Si enī populus dei nondū factus equalis angelis e⁹ ius adhuc in ista pegrinatione dicit templū eius. q̄tomagis est templū eius in celis: vbi est popul⁹ angelorū. quibus aggregandi et coequandi sum⁹ cum finita peregrinatione quod promissum est sū pserimus?

Ca

Inq̄ntuz sum⁹ tēplū dei intātū ad ei⁹ familiam ptinemus.

¶Multū mirabilis res est. quēadmodū quorundam: nondū cognoscentium deum sit inhabitator deus: ⁊ quorūdā cognoscentiū nō sit. Nec illi enīz ad templū dei ptinent: qui cognoscentes deū non sicut deū glorificauerūt aut gratias egerunt. Et ad templū dei ptinent paruuli. sanctificati sacramento xp̄i. spū sancto regenerati. qui certe p etatē nondū possunt cognoscere deū. Unde quē potuerunt illi nosse: nec habere isti potuerūt habere anteq; nosse. beatissimi autē sunt quibus hoc est deū habere quod nosse. Ipsa quippe notitia plenissima: verissima: ac felicissima ē. Neq; hoc in paruulis mirū debet videri: cū apl's quibusdam maioribus etiam dicat. Nescitis qz templum dei estis et spiritus dei hītat in vobis? de qualibus pauloante dixerat. Animalis aūt homo non pcipit que sūt spiritus dei. Quos etiā paruulos vocat. nō carnis etate: sed mentis. Non itaq; pcipiebant cognitionem spiritusſancti qui habitabat in eis. ⁊ habitante in se spiritu sancto: adhuc aīmales: nondū spirituales erant. qz nondū poterant hītatorem suū spiritum cognitione pcipere. Habitare aūt ideo et in talib⁹ dicitur qz in eis occulte agit: vt sint templū eius. idq; in proficientibus: ⁊ proficiendo pseueran tibus pficit. Spe enī salui facti sumus (sicut apostol⁹ dicit. cū alio loco dicat. Saluos nos fecit per lauacruz regenerationis. Cum ergo hic dicat saluos nos fecit tanq; salus ipsa iā data sit) q̄admodū accipiendū sit illic exponit vbi ait. Spe enī salui facti sumus. Agit ergo (in quibus adhuc mortalibus habitat) ipsam edificationem habitaculi sui. quam non in ista sed in alia post hanc vitā perficiet. quando absorbebitur mors in victoria dicetur q̄ illi. Ubi est mors victoria tua? Ubi ē mors aculeus tuus? Cum itaq; proficientes in quibus mortalibus habitat: dum de die in diem renouantur magis magisq; iustificet. Exaudiat orantes: mundet confitentes vt exhibeat sibi templuz immaculatum in eternum: merito dicitur nō habitare in eis qui cognoscentes deum: non sicut deum glorificauerunt: aut gratias egerunt. Colendo enim et seruiēdo creature potiꝰ q̄ creatori nō vniꝰ veri dei templū se eē voluerūt: atq; ita dū volūt eū habere cū multis: facliꝰ effecerūt vt euz non haberēt. q̄ vt dijs multis falsis ve miscerēt. Et merito dicitur habitare in eis quos secunduz propositū vocatos iustificandos: glorificandosq; suscipit. etiā anteq; incorporeā (que vbiq; tota est) valeant eius nosse naturā. q̄tum nosci ex parte et per speculum ⁊ in enigmate ab homine in hac vita (cum plurimū profecerit) pōt. Nos tales etiā si ātecq; p

In eodē lib. Roma.i.

i.Cor.ii. D

Quō spūs sanctꝰ aīales inhabitat non cognoscētes suū habitatorem.

i.Cor.xv.

uenlant ad spiritalez mentis etatem vbi non lacte alantur sed solido cibo: dies vite huius extremus inuenerit. pficiet in eis habitator illoꝝ quicqd hic intelligentie minus habuerunt: quoniã ab vnitate corporis xpi: qui nobis via factus est et a templi dei societate nõ recesserũt. Ut vt nõ recedant: regulã fidei (pusillis magnisqꝫ pmunẽ) in eccl'ia p-seuerant tenẽt. Et in quo puenerũt in eo ambulãt et donec eis deus reuelet: si quid alit sapiũt: cogitationes suas carnales nõ dogmatizant. qz nõ obdurãt prẽtiosis defensionib⁹ immanẽdo: sed quodãmõ ãbulãdo (ideſt pficiẽdo) ꝺsudãt itelligẽtie pspicuitatẽ impetrantes p fidei pietatem.

Si quis autẽ templũ dei violauerit: disperdet illum dominus. Tẽplum enim dei sanctum est. quod estis vos.

Ex ꝑmõe de decẽ cordis.

APostolũ audite. Nescitis qz templum dei estis. z spũs dei hitat in vobis? Hoc dicit xpianis. Hoc dicit fidelibus. Nescitis qz templũ dei estis z spũs dei habitat in vobis? Si quis templũ dei corruperit: corrũpet illũ de⁹. Videte quõ minaf. Nõ vis corrumpi domũ tuã. q̃re corrũpis domũ dei? Omia ergo peccata hominũ aut ad corruptelã ptinẽt flagitiorũ: aut ad facinora nocẽdi. qz deo nocere nõ potes in facinoribus: in flagitijs eum offendis in corruptelis eum offendis: in te illi iniuriam facis. facis enim iniuriam gratie ipsius dono ipsius.

Ex ꝑmõe de ꝓbis dñi in monte. xvi.

CJã nosti pciũ tuũ. Jã nosti q̃ accedis. qd mãduces. quid bibas. imo quẽ mãduces. quẽ bibas. Memo dicat in corde suo: Peccata carnis non curat de⁹. Nescitis (inquit) qz tẽplũ dei estis. et spũs dẽ hitat in vobis? Quisqs tẽplũ dei corrupit: corrumpet illũ de⁹. Nẽo se fallat. sz forsã dicet aliqs tẽplũ dei aĩm⁹ mea est: nõ corp⁹ meũ. Dicit etiã testimoniũ. Dis caro fenũ z ois claritas eius q̃si flos feni.

1. Petri. i.

Infelix iterpretatio puniẽda cogitatio. Fenũ dicta ẽ caro: qz moritur. Sz qd ad tẽp⁹ moritur nõ resurgat cũ crimine. Vis nosse aptaz etiã inde sentẽtiã? Nescitis (inqt idẽ apls) qz corpa vra tẽplum sũt spũsscti quẽ habetis a deo? Jã nõ ptẽnatis corpalia pctã. ecce qz z corpa vra tẽpluz in vobis sunt spũsscti quẽ hẽtis a deo. ptẽnebas corpale pctm: ptẽnis q̃ peccas i templũ ipz. Corp⁹ tuũ tẽplũ est spũsscti. Quid facias de tẽplo dei iã vide. Si eligeres i eccl'ia dei facere adulteriũ itra istos pietes: qd te eẽt scelerati⁹? Nõ aũt tu ipe es tẽplũ dei. tẽplũ itras. templũ exis. tẽplũ in domo tua manes. tẽplũ surgis. Vide qd agas. vide ne offẽdas tẽpli hitatorẽ ne deserat te. z in ruinã vertaris. Nescitis (inquit) qz corpa vestra (z hoc de fornicatione loq̃bat apls ne ptẽnerẽt corpalia pctã) tẽplũ in vob sũt spũsscti quẽ habetis a deo. z nõ estis vri. empti enĩ estis pcio magno. Si ptẽnis corp⁹ tuũ: psidera pciũ tuũ. Scio ego. z mecũ omis homo q̃ pauloat⁹ tẽti⁹ psiderauerit: neminẽ deũ timentẽ sub verbis eius nõ se corrigere: nisi q̃ putat qz plus habet viuere ipa res ẽ q̃ multos occidit. cũ dicũt. cras cras z subito hostiũ claudik z remãsit foris cũ voce columbina. qz nõ habuit gemitum columbinũ.

Corporalia pena ñ esse cõtemnenda.

Spes longe vite multos occidit.

Extrac. pi. x

CApls dicit. Templũ enĩ dei sctm ẽ qõ estis vos Quisqs templũ dei violauerit. dispdet illum deus Templum enĩ dei violat qui violat vnitatẽ. Non enĩ tenet caput (ex quo totũ corpus cõnexũ et cõpactũ p oẽm tactũ subministrationis scõm operationẽ in mensurã vniuscuiusqꝫ partis incrementũ corporis facit) in edificationẽ sui in charitate. In hoc templo sancto suo domin⁹ est qõ constat multis mẽbris sua quibusqꝫ officia gerentibus in vnã edificationẽ charitatis ꝓstructis. Nõ violat q̃sqs causa principat⁹ sui a catholica societate diuiũgit.

CDuo sũt precepta z duo genera pctõꝝ. Aut enĩ in deũ peccat homo. aut in hominẽ. Peccat autẽ in deũ etiã corrũpẽdo templũ eius. Jn te etenim habitat de⁹. redemit te sanguine filij sui. cẽꝫ z antecẽꝫ redimereris cui⁹ seru⁹ eras nisi el⁹ qui pdidit oia? Peculiariter quodãmõ te hre voluit redemptũ sanguie filij sui. Et nõ estis vestri (inquit apls) Empti enim estis pcio magno. glificate z portate deũ in corpe vro. Ergo ille a quo redẽpt⁹ es fecit te domũ suã. Quid quid tu vis euerti domũ tuã? sic pfecto nec deus suã: hoc ẽ teipz. Si tibi nõ parcis propter teipsuz: pce tibi propter deum qui te fecit templum suum. templũ enĩ dei sanctum est (inquit) quod estis vos. z qui templum dei corrupit: corrũpet illũ deus. Que peccata homies quando faciũt putãt se nõ peccare qz nulli homini nocẽt. sed quomõ ẽ inocẽs qui nõ parcit sibi? Ille enĩz innocens ẽ qui nulli nocet: qz dilectionis ꝓximi regula ab ipo est. Hoc enĩ dixit de⁹. Diliges ꝓximũ tuũ tanqꝫ teipz. Quõ ergo i te salua est dilectio ꝓximi tui qñ dilectio tui per intẽperantiã vulneratur?

Ex ꝑmõe de conuersione apli. Peccat in deũ etiam corrũpendo tẽplum eius.

Nõ est innocẽs q̃ p intẽpantiã se vulnerat.

Matth. xxii.

CVerũ tẽplũ dei agnoscim⁹ tẽplũ enĩ dei sctm ẽ (inquit) qõ estis vos. Si g̃ nos sum⁹ templũ dei a ra dei aĩa nra ẽ. Sacrificiuz dei quid est? Forte ꝺ facim⁹ mõ. Jmponim⁹ i ara sacrificiũ qñ deũ laudam⁹. docet enĩ nos psalm⁹ dicẽs. Sacrificiũ laudis glificabit mez ibi via ẽ vbi ostendã illi salutare dei. Atvero sacerdotẽ si requiras sup celos est interpellat pro te qui in te / mortuus est pro te.

Ex tractatu pi. xciiij. Nõ tẽplũ dei ara aĩa sacrificiũ laus dei. Sacerdos christus.

Nemo se seducat. Si quis videtur inter vos sapiens esse in hoc seculo: stultus fiat vt sit sapiens. Sapientia enĩz huius mundi stultitia est apud deum. scriptuz est enim: comprehendam sapientes in astutias eorum et iterum. dominus nouit cogitationes sapientium quoniam vane sunt.

CTl nescis cogitationes dei qñ iuste sũt Jlle scit cogitationes hominũ: quoniã vane sũt. et boies cognouerunt cogitatiões dei. Sed quib⁹dã amic⁹ factus est prodit consiliũ suũ. et vos fratres mei nolite vos contẽnere. si cum fide acceditis ad dominũ: auditis cogitationes dei. eas modo discitis. Hoc vobis dicitur z ad hoc instruimini. Relinquite ergo cogitationes hominum que vane sunt vt comprehendatis cogitationes dei q̃ sapiẽtes sunt.

Ex trac. ꝑi. xciij. Cogitationes dei sapientes et boiz vane.

CQui hic beati esset a seipsis beati fieri mira vanitate voluerunt: irrisit hos veritas per prophetam dicentẽ. Domin⁹ nouit cogitationes hominũ quoniã vane sunt. vel sicut hoc testimoniũ posuit apostolus paulus: dominus nouit cogitationes sapientium quoniã vane sunt.

Ex libro de ciuitate dei. xviii. ꝑ. xciij.

CPereant argumenta pꝓrũ Stultam fecit deus sapientiam huius mundi. et dominus nouit cogitationes hominũ quoniã vane sunt.

Extrac. euangelij ſm ioã. lx.

CDicitur aliquando in scripturis sapientia pro astutia abusione verbi non proprietate rei. Unde etiam dicitur vbi sapiens? vbi scriba? vbi conquisitor huius seculi? Nonne stultam fecit deus sapientiam huius mundi?

Ex libro de paſtorib⁹. i. Cor. i.

CNolite gliari z nolite loqui excelsa. neqꝫ exeat

Ex libro de ciuitate dei. xvii.

magniloquiū de ore vro qm̄ deus scientiarū dns. Ipse vos scit.et vbi nemo scit.qm̄ qui putat se aliq̄d eē:cū nihil sit seipm seducit. Hec dicunt aduersarijs ciuitatis dei ad babiloniā ptinētib⁹ de sua virtute psumentibus in se nō in dño gloriantibus Deus scientiarū est.atq; ideo t arbiter pscientiaꝝ ibi vidēs cogitationes hominū quoniā vane sunt Si hominū sunt t ab illo non sunt.

Contra psumentes de sua virtute

Memo itaq; gloriet in hominib⁹. oīa enī vra sūt siue paul⁹ siue apollo siue cephas siue mūd⁹ siue vita siue mors siue psentia siue futura.oīa enī vestra sunt vos autem xpi xps autem dei.

Ex lib. q̄stionum. lxxxiii. i. Cor. xi. et ad. Ephe. v.

Ja capite numerenť iueniunť vnū duo tres:qttuor. Itē caput mulieris vir. caput viri christus.caput autē christi de⁹ Si eodem modo numerēť inueniunť si militer vnum t duor tres t quattuor. Porro vnū et duo t tres t quattuor simul ducti fiunt decem. Quapropter disciplinā q̄ insinuat pditorē deum et pditā creaturā recte significat denari⁹ numer⁹ Et cū corp⁹ pfectus atq; inexterminabili.rursusq; ipsa subdit xpo t xps deo.nō tanq̄ dissimilis aut alteri⁹ nature sed tāq̄ patri fili⁹:hoc totū eodē nūero denario recte significať q̄ post resurrectionē corporis spatur futurū ineternū. Et fortassis pptерea q̄ producū tur ad vineā denarū accipiūt mercedis nomine.

Numer⁹ denari⁹ q̄d significat.

Ex smōe de symbolo. Johan. iiii.

Cū dictū est qm̄ de⁹ spūs est. aia duertendū est nō eē dictū qm̄ spūs de⁹ est:sz qm̄ de⁹ spūs ē. vt ipsa deitas pris t filij hoc loco dicta sit de⁹ q̄ ē spūs sctūs. Huic accedit aliud testimoniū q̄ dicit Johannes apls. Qm̄ de⁹ dilectio ē.etiā hic nō ait. Dilectio dei est:sz de⁹ dilectio ē:vt ipsa deitas dilectio intelligatur. t q̄ in illa enumeratione pnexarū sibi rerū (vbi dicit. Oīa vestra sūt vos aūt xpi xps autē dei t caput mulieris vir.caput viri xpus. caput aūt xpi de⁹) nulla fit pmēoratio spūssctī.qz non fere in ijs q̄ sibi pnexa sūt nūerari solet ipsa pnexio.

t. Johā. iiii.

Capitulum. Quartum

Sic nos existimet homo vt ministros xpi t dispēsatores mysteriorū dei Hic iā queritur inter dispensatores vt fidelis q̄s inueniatur.

Ex epla ad hebreos.

Dispensator plane salutis eterne cū ceteris innumerabilib⁹ pseruis meis sū q̄ si volēs facio mercedez habeo. Si aūt iuit⁹ tm̄ mihi dispensatio credita ē.neq; enī eē salutis illi⁹ dispēsatorē pverbū t sacramētū iā hoc ē etiā eē pticipē. Nā si p bonos nō dispēsaret.nō recte apls diceret. Imitatores mei estote: sicut t ego xpi. Rursus si p malos nō dispēsaret nō de quib⁹dā dns diceret.q̄ dicūt facite q̄ aūt faciūt facere nolite. dicūt enī t nō faciūt. Multi g̃ dispensatores sūt p quos ministeriū puenit ad etnā salutē. Sz q̄rit inter dispēsatores vt fidelis q̄s inueiat. t inter ipos fideles in quoꝝ me nūero ille qui non fallitur pputet. Alius ē sic.alius aūt sic sicut vnicuiq; de⁹ partitus est mensuram fidei.

Dispēsatō salutis et ne fit p bonos t malos.

Matth. xxiii

Mihi autem pro minimo est vt a vobis iudicer aut ab humāno die. Sz neq; meipsum iudico.nihil enim mihi conscius sū:sed non in hoc iustificatus sū:qui autem iudicat me dominus est.

Ex lib. q̄stio. num. lxxxiii

Corporalia adiunctione sui crescunt. cuius enī qui adheret vxori sue / vnũ corpus sit: maius tamẽ corpus fit / q̃ si solius viri esset / aut solius vxoris. In rebus tamen spiritalib⁹ / cũ minor maiori adheret sicut creatura creatori: illa fit maior q̃ erat: non ille In his enī que non mole magna sunt / hoc est magis esse / quod est melius esse. Melior fit autẽ spiritus alicui⁹ creature cũ adheret creatori: q̃ si nõ adhereat. Et ideo etiam maior: quia melior. Qui ergo adheret dño: vnus spũs est. Sed tamen dominus non ideo fit maior: cuius fiat ille qui domino adheret.

Ex lib. de trinitate. xiiii.

¶ Mens diligere seipsam nõ posset si se omnino nesciret (id est sui non meminisset) nec se intelligeret. quia in se imagine dei tã potẽs est / vt ei cuius imago est valeat inherere. Sic enim ordinata est / naturarũ ordine non locor: vt supra illã non sit nisi ille. Denicq̃ cũ illi penitus adheserit / vn⁹ erit spiritus. Cui rei attestatur apostolus dicẽs. Qui autem adheret dño: vnus spirit⁹ est. Accedente quidem isto ad participationem nature / veritatis / et beatitudinis illius: nõ tamen crescẽte illo in natura / veritate / et beatitudine sua. In illa itaq̃ natura / cũ ei feliciter adheserit: immutabile videbit oẽ quod viderit. Tunc (sicut ei diuina scriptura promittit) satiabit in bonis desideriũ eius: bonis incõmutabilib⁹: ipa trinitate deo suo / cuius imago est. Et ne vsplam deinceps violet: erit in absconcto vultus eius: tanta vbertate eius impleta / vt eã nunq̃ peccare delectet.

Ps. xvii.

B Ex libro contra maximinum. ij.

¶ Cõmemorans apostolicũ testimoniũ / qõ a me positum est. Ubi ait. Qui adheret dño: vnus spiritus est. Dic et tu. Cũ adheret patri filius: vnus est deus. Non enī ait apostol⁹. Qui adheret domino vnũ sunt (sicut dictũ est: ego et pater vnũ sumus) sed ait: vnus spũs est. Cũ autem tu nõ dicas: cum adheret patri filius: vnus deus est. Ut quid et tu adhibes hoc apostoli testimoniũ vbi ait. Qui adheret dño: vnus spũs est. nisi vt te etiã a te producto teste cõuincam? Nunc saltẽ distingue duo ista que non potuisti cũ simul essemus in nostra disputatione distinguere. Diligẽter itaq̃ attẽde / quod dico. Quando de rebus duab⁹ aut pluribus dicit vnus est vel vna est / et additur quid vnus vel q̃d vna: et de his que diuerse et de his que sunt vnius substãtie dici potest. Diuerse sunt enī substãtie spiritus hois et spũs dñi. et tamen dictũ est. Qui adheret dño: vnus spũs est. Unius autem substãtie sunt anime hoim et corda hoim. de quib⁹ dictum est. Erat illis aia vna et cor vnũ. Ubi autẽ dicitur de duobus aut pluribus / vnũ sunt: nec additur q̃d vnum: nõ diuerse intelligũtur / sed vnius esse substantie. sicut dictũ est. Qui plantat et qui rigat vnũ sunt. et ego et pater vnũ sumus. Tu autem qui patrem et filiũ diuersas vis esse substãtias: inuenire

Johan. x.

Actuum. iiii

i. Cor. iii.

non potuisti vbi de diuersis substãtijs dictum fuerit: vnũ sunt. et qui nõ vis dicere cũ filius patri adheret: vnus deus est: adhibuisti et tu apostolicũ testimoniũ quod et ego adhibuerã. Adhibuisti contra teipm. vbi ait: qui adheret dño: vnus spũs est. Si enī de his qui diuerse sunt substãtie recte dici potuit: vnus spũs est: q̃nto magis de his qui vnius substantie sunt recte dicit / vnus deus est?

Ex eodẽ lib.

¶ Munq̃d apostol⁹ diceret. Qui autẽ adheret domino / vnũ sunt? Quid enim aliud diceret si hoc diceret: nisi homo sctũs et deus vnũ sunt? Sed absit ab illa sapiẽtia ista sentẽtia. Et tamẽ dixit. Qui autẽ adheret dño: vnus spiritus est. Ut noueris de his dicere: vnũ sunt / que vnius sunt eiusdemq̃ substãtie. sicut quibusdã hominib⁹ dictũ est. Oẽs enī vos vnum estis in christo iesu. Et sicut ait ipe xps. Ego et pater vnũ sumus. Cũ autem vnus dicitur et quid vnus addit: et de diuersis substãtijs dici potest (sicut dictũ est. Qui adheret dño / vn⁹ spũs est) et de rebus vnius substantie (sicut dictũ est. Erat eis anima et cor vnũ) Erat dixit: nõ dixit erant / quoniã dixit et quid erat (id est anima et cor) Sic etiã de patre et filio: et vnum sunt / dicimus (quia vnius substantie duo sunt) et vnus est dicimus: sed addimus quid vnus. id est vnus deus vn⁹ dñs. vnus oipotens. et si quid huiusmodi est.

Gala. iii.

Ex libro sẽtẽtiarũ. psperi.

¶ Adherẽs deo. et semper dei faciẽs voluntatẽ / nunq̃ a suo habitatore deseritur. Et si quedã dura atq̃ aduersa patiatur: nõ relinquit sed probat.

Fugite fornicationẽ. omne pctiñ quodcũq̃ fecerit homo: extra corpus est. qui autem fornicatur: in corpus suũ peccat.

Ex lib. ẽstolonũ leuitici. titulo. viii.

Ic nihil videt ptermisisse peccati: qñquidem ait. Oẽ peccatũ quodcũq̃ fecerit homo. Postea tamen excepit fornicationẽ: cũ intulit. Qui autem fornicatur: in corpus propriũ peccat. Quod sm cõsuetudinem nostre locutionis ita diceret. Omne peccatũ quodcũq̃ fecerit homo / excepta fornicatione extra corpus est. qui autẽ fornicatur: in corpus propriũ peccat. Quem modũ locutionis / non est alibi reperire. sed in scripturis sanctis.

D

Ex sermõe de eadẽ re.

¶ Totum istũ locum apostolus ppter ipsum corpus iam emptũ precio magno. (id est xpi sanguine precioso) tẽplumq̃ spũs sancti factum a dño: ne talibus flagitijs polluretur: sed potius inuiolatum tanq̃ dei habitaculũ seruaretur / agebat et defendebat. Quare ergo subiungere voluit hoc / vnde difficilis questio nascerek (id est vt diceret) Omne peccatũ quodcũq̃ fecerit homo / extra corpus est. qui aũt fornicatur: in corpus propriũ peccat. cũ siue ipsa fornicatio. siue alia huiusmodi / q̃ non nisi per corpus fiunt peccata / turpitudini et fornicationi similima: non nisi per ipm corpus geratur atq̃ exerceantur? Quid enī? Poterit ne esse quispiam (vt cetera superius memorata taceã) fur vel ebriosus vel maledic⁹ vel rapax: extra operationẽ corporis huius: cuius nec ipsa idolatria / nec ipa auaritia preter seruitium corporis huius poterit ad vsum fructũq̃ suum peruenire. Quid est ergo. Omne peccatũ quodcunq̃ fecerit homo / extra corpus est: qui autẽ fornicatur in corpus proprium peccat? Primũ quia in corpore isto homo cõstitutus / quicq̃d solo tantũ animo poterit cõcupiscere inique: dici non potest / extra corpus hoc hominẽ facere. cum constet eũ carnali sensu et carnali prudẽtia hoc agere / isto adhuc circũseptum

corpore. Nam et quod in psalmo scriptū est. Dixit
ps. xiii. impius in corde suo. Nō est deus. Idem beatus
Paulus apostol⁹ non potuit vtiq; separare a cor
ii. Cor. v. porali opere illo loco / vbi ait. Omēs stabimus an
te tribunal christi: vt recipiat vnusquisq; scōm ea
que per corpus gessit / siue bonum siue malū. Vi
delicet non nisi in corpore constitutus / impius
potuit dicere. Non est deus. vt taceā quod in alia
epistola posuit. emulationes. animositates. disse
siones. inuidias. hereses. et tamen operibus car
nis ista attribuit / doctor gentiū in fide et veritate.
Quid est ergo. Oīne peccatum quodcunq; fecerit
homo / extra corpus est. et vnū tantūmodo forni
cationis peccatū nominās ait: qui autem fornica
tur: in corpus proprium peccat? Videtur enī beat⁹
Exaggerat fornicationē sup cetera peccata. apostolus (in quo loquebat christus) exaggera
re voluisse fornicationis malū super omnia cetera
peccata. Que t si per corpus cōmittantur: non ta
men animū humanū concupiscentie carnali ita ef
ficiunt obstrictū et obnoxiū / quēadmodum in so
lo opere fornicationis corporalis / cōmiscerī faci
at animū vis agens libidinis / cum ipso corpore. t
vnum cum ipso quodāmodo agglutinari t deuin
Vocat fornicationez magnū flagitium. ctum esse: intantū vt nihil aliud ipso momento et
experimēto huius tā magni flagitij / cogitare ho
mini liceat aut intendere: nisi qō sibimet adijcit /
mentēq; captiuā subdit ipsa submersio et quodā
modo absorbitio libidinis et concupiscētie carna
lis. vt hoc esse videatur quod dictū est. Qui autem
fornicatur: in corpus proprium peccat. Quia tūc
Cor hois fornicātis ꝓpe fit seruū corpis. fit proprie t familiariter seruū corporis cor homi
nis fornicantis: maxime in tempore ipsius nequis
H sime operationis. intantū vt ipse apostolus volēs
inculcatius ꝓmendare cauēdum hominibus hoc
malum: dixerit. Tollens ergo membra christi / fa
ciam membra meretricis? et execrans atq; dete
stans responderit: Absit. An nescitis (inquit) quo
niā qui adheret meretrici / vnū corpus est? Erunt
Quō q̄ adheret meretrici vnū corpus est t nō sic de alijs fornicationibus. enim (inquit) duo in carne vna. Nunquid hoc pos
set dici de alijs atq; alijs quibusq; facinoribus ho
minū? Liberum est enī animo humano in alijs q̄
busq; sceleribus / et vnū aliquid eorū operari / t eo
ipso tēpore alias / cogitatione distendi. Nō in for
nicationis ipso opere / ac tempore nō licet animo
ad aliud aliquid cogitandū / liberū esse. Sic enim
totus homo absorbetur ab ipso et in ipso corpore
vt iam dici non possit ipse animus suus esse. sed si
ps. lxxvii. mul totus homo dici possit q caro sit: et spirit⁹ va
dens: t non rediens. Sic ergo possumus intellige
re. (Quia oīne peccatū quodcunq; fecerit homo /
extra corpus est. qui autē fornicatur in corpus p
prium peccat) vt videatur (vt dixi) apostolus in
tantū exaggerare voluisse fornicationis malum /
vt in comparatione hui⁹ fornicationis cetera ex
tra corpus habenda esse dixerit quecunq; pecca
Quare sola fornicatio dicitur pctm̄ i corpus ꝓpriū ta. solo hoc tantūmodo fornicationis malo in cor
pus proprium peccare dixerit. quia maiore libidi
nis ardore (quo superior nullus est) voluptas ip
sius corporis tenet seruum: efficitq; captiuū. Hec
dicta sint de speciali fornicatione huius corporis
Verū quia non solum fornicatio in sacris litteris
specialiter: sed etiam generaliter arguitur t nomi
natur: conemur (deo adiuuante) et hinc aliter di
cere ꝓbabiliter. Generalis igitur fornicatio aper
te manifestatur in psalmo vbi dicit. Quoniā ecce
ps. lxxii. qui longe se faciunt a te / peribūt. perdidisti omnē
qui fornicatur abs te. Vbi subsequenter / qualiter
ista generalis fornicatio euadi t effugi possit: ad
iunxit / dicēs. Mihi autem adherere deo bonum
est. Et exinde facile aduertamus illam esse gene
ralem fornicationē anime humane / qua nō adhe
rens quisq; deo: adheret mundo. Vnde beat⁹ Jo
hānes apostolus dicit. Si quis dilexerit mundū:
dilectio patris non est in eo. Et apostolus Jaco
bus dicit. Adulteri / nescitis quia amicitia huius
mundi / inimica est deo? Breuiter ergo definitum
est. Non posse habere dilectionem dei qui habue
rit dilectionē mundi. et inimicum dei esse / qui ami
cus esse voluerit mundi. Ad hoc etiam pertinet /
qō domin⁹ in euangelio dicit. Nemo potest duo
bus dominis seruire. aut enī vnum odio habebit
et alterum diliget. aut vnū patietur et alterum cō
temnet. Et concludit. Non potestis deo seruire t
mammone. Ista ergo est generalis fornicatio ani
me vt dictum est: omnia oīno in se continens. quia
non adheretur deo dum adheretur mūdo. Vt eti
am sic intelligere valeamus scōm istam generalē
fornicationem qō ait apostolus. Oīne peccatum
quodcūq; fecerit homo / extra corpus est. Qui au
tem fornicatur: in corpus proprium peccat. Quia si
non fornicetur anima humana / adherendo deo /
nec adherendo mundo: quecunq; alia peccata a
concupiscentia carnali prorsus aliena: potuerit p
ipsa fragilitate mortalitatis vel ignorādo / vel ne
gligendo / vel obliuiscendo / vel non intelligēdo /
homo incurrere: hoc sit qō dictum est. Omne pec
catum quod fecerit homo / extra corpus est. quia
nullum hic corporalis vel temporalis cōcupiscen
tie peccatum poterit reperiri. Vnde merito extra
corpus esse quodlibet tale peccatum dici videtur.
Qō si adherens mundo mundanus homo longe
se faciat a deo / fornicando ab ipso deo: in corpus
proprium peccat. quia corporali concupiscentia cū
in quecq; tēporalia et carnalia / carnali sensu et pru
dentia humanus animus trahitur atq; distrahi
tur: creature potius seruiens / q̄ creatori / q̄ est be
nedictus in secula. Sic ergo q̄ntum mihi videtur
salua fide itelligi potest vtriusq; fornicationis ma
lum tā specialis q̄ vniuersalis in hoc vno capitu
lo tanti et tā magni doctoris (vbi ait. Omne pec
catum quodcunq; fecerit homo: extra corpus est.
qui autem fornicatur: in corpus proprium peccat.)
Vt aut exaggeratio facta sit ab apostolo hui⁹ spe
cialis fornicationis. qua in corpus proprium pecca
re recte intelligitur. quia nusq; sic totus homo cor
poris ipsius voluptatis addicitur et ineffabiliter
vel ineuitabiliter afficitur / vt in cōparatione hu
ius tanti mali cetera peccata extra corpus esse vi
deantur etiam si per corpus exerceantur. Si au
tem etiam generalem significare voluit apostol⁹
fornicationē. propter quā dixisse videatur. (Om
ne peccatum quodcunq; fecerit homo / extra cor
pus est. qui autem fornicatur: in corpus proprium
peccat.) sic accipiendum est et intelligendum: vt
quisq; dum non adheret deo quia adheret mūdo
omnia temporalia diligens et concupiscens: me
rito in corpus proprium peccare dicitur. id est vni
uerse concupiscentie carnali deditus et subditus
factus: tanq; totus creature seruus / ab ipso crea
tore alienus: per illam initium omnis peccati su
Eccle. x. perbiam. cuius superbie initium est (vt scriptum
est) apostatare a deo. A quo generali fornicatio
nis malo quisq; alienus / quodcūq; aliud peccatū
potuerit / vt homo corruptibilis adhuc et morta
lis incurrere. Hoc intelligatur extra corpus esse.
(id est extra corporee et temporalis omnis cōcu

De gñali fornicatione q̄ nō adherēs q̄sq; deo adhe ret mūdo. Jacob. iiii. Matthe. vi

A

pſcētie malum alienum / eſſe extra corpus (vt ſe-
pe dictum eſt.) Quod generalis fornicationis ma-
1. Johan. ii. lum cauendum / beatus Johannes admonet / di-
cens. Nolite diligere mūdum / neq; ea que in mū-
do ſunt. quoniam omnia que ſunt in mundo cōcu-
piſcentia carnis eſt et concupiſcentia oculorum /
et ambitio vite ſeculi. que non eſt ex patre: ſed ex
mundo eſt. et mundus tranſit et ꝓcupiſcentia ei⁹.
Quō ꝓ fornicationē generalez peccāt in corp⁹ ꝑpū Qui autem fecerit voluntatem dei: manet in eter-
num / ſicut et ipſe manet in eternum. Iſta ergo di-
lectio mundi / que vniuerſalem in ſe concupiſcen-
tiam continet mūdi generalis eſt fornicatio. qua
peccatur in corpus ꝓpꝛium. eo q; omnibus cor-
poralibus et viſibilibus et temporalibus deſide-
riis et voluptatibus / humanus indeſinenter ſer-
uit animus: ab ipſo creatore vniuerſorum deſola-
tus atq; derelictus.

Ex libro de tri nitate. xii. ¶Cum mens humana bona volūtate ad interio
ra ac ſuperioꝛa percipienda que nō ꝓuatim / ſed
cōmuniter ab omnibus qui talia diligunt ſine vlla
anguſtia vel inuidia caſto poſſident amplexu vel
ſibi vel aliis conſulit: et ſi fallatur in aliquo ꝓ igno
rantiam temporalium quia et hoc temporaliter
Humana tētatio. agit et modum agendi non teneat quem debebat:
humana temptatio eſt. Et magnum eſt / hāc vitā
1. Cor. x. ſic degere. quam velut viam redeuntes carpim⁹ /
vt tentatio nos non apphēdat niſi humana. Hoc
enim peccatum / extra corpus eſt. nec fornicationi
deputatur. et ꝓpterea facillime ignoſcitur. Cum
vero ꝓpter adipiſcenda ea que per corpus ſen-
tiuntur ꝓpter experiendi vel excellendi vel con
trectandi cupiditatem: vt in his finem boni ſui po
nat: aliquid agit: quicquid agit turpiter agit. et for
nicatur: in corpus ꝓpꝛium peccans. et corporea-
rum rerum fallatia ſimulachra introrſum rapiēs
et vana meditatione componens: vt ei nec diuinū
aliquid niſi tale videatur: priuatim auara / fetatur
erroribus. et priuatim prodiga / inanitur viribus.

An neſcitis quia mēbra veſtra templū ſunt ſpiritus ſancti qui in vobis eſt. quē habetis a deo?

Ex epla ad maximinū. B VRum dōm nouimus eſſe ſolum. cui ſer-
uitus illa debetur que latria greco vo-
cabulo nuncupatur. Ipſum enim ver-
Deut. vi. Luce. iiii. bum eſt in lege. vbi ſcriptum eſt. Domi-
num deū tuum adorabis. et illi ſoli ſeruies. Quē ſi
dominū patrem tantūmodo dixerim⁹: reſpōdebi
tur nobis. Ergo latria domino filio non debetur.
quod tamen nefas eſt dicere. Si autem debetur:
quomodo vni tantū debetur deo / ſi et patri debe-
tur. et filio. niſi quia vnus deus / cui ſoli per latriam
ſeruire iuſſi ſumus. ita dicitur deus ſolus: vt et pa
ter intelligatur / et filius. Immo vero etiam ſpiri-
tus ſanctus. De illo quippe dicit apoſtolus. Ne-
ſcitis quia corpora veſtra / templū eſt ſpiritus ſan
cti / quem habetis a deo et non eſtis veſtri? Empti
enim eſtis precio magno. glorificate. et portate de
Latria debetur ſpū ſancto. um in corpore veſtro. Quēnam deum niſi ſpiritū
ſanctum / cuius corpora noſtra eſſe dixerat tem-
plum? Debetur ergo gloria ſpiritui ſancto. Nam
ſi templum dei ei facere (ſicut Salomon fecit de
lignis et lapidibus) iuberemur: vtiq; faciendo tē
plum / ei latriam exhiberemus: quāto magis latri
Ex lib. enchi ridyon. am debemus. cui templū non facimus / ſed ſum⁹?
¶Spiritus ſanctus / ſi creatura nō creatoꝛ eſſet:
ꝓfecto creatura rationalis eſſet. Ipſa eſt enim
ſumma creaturarū. Et ideo in regula fidei nō po-
neretur ante eccleſiam / quia et ipſe ad eccleſiam
pertineret in illa eius parte que in celis eſt. nec ha
beret templum: ſed etiam ipſe tēplum eſſet. Tem
plum autem habet de quo dicit apoſtolus. Neſci-
tis quia corpora veſtra templum eſt ſpiritus ſan-
cti / qui in vobis eſt. quem habetis a deo? De qui-
bus alio loco dicit. Neſcitis quia corpora veſtra
membra ſunt chriſti? Quomodo ergo deus nō eſt
qui templum habet? Aut quomodo minoꝛ xp̄o ē /
cuius membra templum habet? Neq; enim aliud
templum eius: aliud templū dei eſt. Cum idem di
cat apoſtolus. Neſcitis quia templum dei eſtis?
Quod vt probaret / adiecit: et ſpiritus dei habitat
in vobis. Deus ergo habitat in templo ſuo: non ſo
lum ſpiritus ſanctus: ſed et pater et filius. qui etiā
de corpore ſuo per quod factus eſt caput eccleſie
que in hominibus eſt vt ſit in omnibus ipſe ꝓma
tum tenens ait. Soluite templum hoc. et poſt tri-
duum ſuſcitabo illud. Templū ergo dei (hoc eſt
Totius ſumme trinitatis) ſancta eſt eccleſia ſcili-
cet vniuerſa in celo et in terra.

Membra xp̄i ſunt tē plū ſpūſā⁹ cti.

Johan. ii.

¶Si deus / ſpiritus ſanctus non eſſet: templum
vtiq; noſipſos non haberet. Scriptum eſt quippe
in apoſtolo. Neſcitis quia templū dei eſtis? et ſpi-
ritus dei habitat in vobis? Et iterum. Neſcitis /
quia corpora veſtra templū in vobis eſt ſpirit⁹ ſan
cti quē habetis a deo? Nonne ſi templū alicui ſan
cto angelo et excellentiſſimo / de lignis et lapidi-
bus facerem⁹: anathematizaremur a vnitate chri-
ſti et ab eccleſia dei. quonīā creature exhiberem⁹
eam ſeruitutem que vni tantū debetur deo? Si er
go ſacrilegi eſſemus / faciendo templum cuicūq;
creature: quomodo non eſt verus deus / cui tem-
plum non facimus: ſed noſipſi templum ſumus?

Ex libro cōtra maximū ij

Sacrilegi um ē face re tēplum cuicunq; creature.

¶Quales autē homines eſtis: ꝙ religioſe humi-
litatis / qui ſpiritū ſanctum adorare non vultis. cū
legatis. Littera occidit: ſpiritus autem viuificat.
Non vultis ergo adorare / quē viuificare animas
non negatis. Ecce autē ſpiritū ſanctū nō permitti
tis adorari: vt ipſi dei gratie / remaneatis ingrati
Sed da (inquis) teſtimonia vbi adoratur ſpirit⁹
ſanctus. quaſi nō ex his que legimus intelligim⁹.
Si autem religionem qua colitur deus (ſicut di-
gnum eſt) cogitares: multo plus eſſe cerneres qō
habet ſpiritus ſāctus templum: ꝙ ſi eum legeres
adoratū. et homines enī a ſanctis nouimus ado-
ratos. Templū vero non eſt factū ab hominibus
niſi aut vero deo (ſicut Salomon fecit) aut eis q̄
ꝓ dijs habentur: ſicut gētes que ignorant deū.
Spiritus autē ſanctus (quod cū magno honoꝛe
de deo dictū eſt) non in manufactis templis habi
tat: ſed corpus noſtrū templum eſt ſpiritus ſancti.
Et ne corpora noſtra cōtemnas: membra ſūt chri
ſti. Qualis ergo deus cui templum edificatur et a
deo. et de membris dei?

Ex libro cōtra maximū. ii. .

ii. Cor. iii.

C

Et non eſtis veſtri. Empti enī eſtis precio magno. glorificate et portate dominum in corpore veſtro.

Ex libro de duob⁹ generibus pcōꝝ ¶Duo ſunt peccata. et duo genera pcōꝝ
Aut enī in deū peccat homo: aut in ho
minē. Peccatur autē in deū / etiam cor
rumpēdo templū eius in te. Eteni de⁹
redemit te ſanguine filij ſui. Quāq; et anteq; redi-
mereris cuius eras niſi eius qui cōdidit oīa? Pe-
culiariter quodāmodo te voluit habere / redēptū
ſanguine filij ſui. Non eſtis (inquit) veſtri. Empti
enī eſtis p̄cio magno. glorificate et portate dōm

Peculia rit⁹ ſum⁹ ōi p redēptio nem.

in corpore vestro. Ergo ille a quo redemptus es / fecit te domũ suam. Nunquid tu vis euerti domũ tuã? Sic nec deus suam. (hoc est teipsum) Si ti- bi non parcis ꝓpter teipsum: parce tibi vel ꝓpter deum / qui te fecit templũ suũ. Templum enĩ dei sanctum est. quod et vos estis. et qui templum dei violauerit: disperdet illum deus.

i. Cor. iii.

Capitulum septimum.

Equibus aũt scripsistis mihi bonum est homini mulierẽ nõ tãgere. Propter fornicationẽ autez vnusquisqz suã vxorẽ ha beat: et vna quecz suum virum habeat. Vxori vir debitũ reddat: similiter autẽ et vxor viro.

Exõe ad cõiugatos.

Fratres mei. Audiunt me viri. audiunt me femie. Quid ad me irascimini? Vti- nam faciatis quod scriptum est. Irasci mini / et nolite peccare. Timere debeo ne contingat mihi qõ contigit tanto apostolo pau lo. qõ modo / cum legeretur (si intẽti fuistis) audi- stis. Ergo inimicus factus sũ vobis verum prędi cans? Et si ita est / fiat. Si necesse est vt inimicus sim: melius vobis opto esse cz iusticie. Cõmendo vos custodiẽdos / etiã vxorib9 vestris. Filie mee sunt: sicut z vos filij mei estis. Audiãt me. Zelent viros suos. Nõ sibi seruent vanã gloriam / qua so- lent a maritis impudicis matrone laudari. qz im- pudicitiã virorũ suorũ equo animo ferunt. Nolo autem talẽ patiẽtiam habeant xpiane mulieres.

ps. iiii.

H

Prorsus zelent viros suos. non ꝓpter carnẽ suã: sed ꝓpter aĩas illorũ. Omnino ego moneo. Ego cõmoneo. Ego precipio. Ego iubeo. Episcopus iubet. Christus in me iubet. Movit ille in cui9 con spectu ardet cor meũ. Ego (inquã) iubeo. Nolite

In qb9 de bẽt mulie- res zelare viros suos et in qbus subdite eẽ illis.

viros vestros permittere fornicari. Interpellate cõtra illos ecclesiã. non dico iudices publicos. nõ proconsulẽ. non vicariũ. non comitẽ. non impera- torẽ: sed christũ. In ceteris omnibus ancille esto- te virorũ vestrorũ. Subdite obsequimini. Nulla sit in vobis ꝓteruitas. Nulla superbia. Nulla cõ- tumeliosa ceruix. Non aliqua inobediẽtia. Pror- sus tancz ancille seruite. Sed vbi peruentũ fuerit ad illud negociũ vbi vos beatus apostolus equa- uit / dicẽs. Vxori vir debitum reddat: similiter et vxor viro. Vxor nõ habet potestatẽ sui corporis: sed vir. Quid te extollis? Audi qõ sequitur. Simi liter et vir non habet potestatem sui corporis: sed vxor. Vbi ad hoc fuerit ventũ. Clamate pro reve stra. Aurũ tuum ꝓ necessitate sua vendit maritus ferto femina. ferto ancilla. Noli litigare. Noli cõ- tradicere. contentus auri tui / dilectio est viri tui. Si villam tuã ꝓ necessitate sua que est et tua (non enĩ potest esse ipsius que non sit tua): si est charis- tas in te que debet esse in vxore / ferto patienter. z si dubitat. Tu offer. Contemne oia pro amore vi- ri tui. Sed castum opta. ꝓ castitate litiga. Patiẽ- ter pereat villa tua. non anima ipsius te patiente pereat. Non dico viris vt in hac causa zelent vxo res suas. Scio quia faciũt. Noui. Quis ferat adul teram vxorem? et imperatur femine vt ferat adul

Vir debet eẽ mulieri exẽplũ ca- stitatis.

terũ virũ? O iusticia. Quare rogo te: quare? Quia ego vir sum. Vir es? in fortitudine tua probem qz vir es. Vir es? Vince libidinẽ. Quomodo vir: quo vxor est fortior? Tu es caput mulieris vir. Verũ est. Si caput est: ducat. vxor sequat. Si caput es: duc. sequat illa caput suũ. Sed vide quo eas. No li ire quo non vis vt sequatur. Noli ire quo times pedisse quã: ne in foueam simul ruatis. ne cũ tu fa- cis / doceas quod facis. Doleat tibi anima / si in fo ueam adulterij ambo ruatis. Doleat tibi anima / si tu solus ruas. Zelo non vis vt ruat illa: timore noli ruere tu. Nolite autẽ pudicissime femine imi- tari impudicos viros vestros. Absit a vobis. Aut vobiscum viuant: aut soli pereant. Impudico ma rito / non debet mulier pudicitiam. sed deo illã de bet. xpo illam debet. Non ꝓpter illũ faciat qui non timetur: sed ꝓpter xpm faciat. Precium suum attendat. tabulas legat.

6

Exẽpla ad e dificiam.

Vehemẽter dolui / sic te voluisse agere cũ ma- rito / vt edificium cõtinentie / quod in eo iam con- strui ceperat: amissa perseuerãtia: in adulterij rui nam miserabiliter laberetur. Cum enim lugẽdus esset / si post continentiã votam deo: iamcz actu ip so / moribuscz suscepta: reuerteretur ad cõiugis carnẽ: cz to magis nunc demersus in interitu pro- fundioze / lugendus est. qui tã abrupta dissolutio9 ne mechatur: iratus tibi: pernicios sibi. tancz in te acerbius seuiat: ipse pereat. Hoc autẽ tantũ ma lum accidit / dũ tu ei9 animũ / nõ qua debuisti mo- deratione tractasti. Quia etsi carnali cõsortio / tã ex consensu vobis non miscebamini: in ceteris ta- men rebus cõiugali obsequio / viro tuo mulier ser uire debuisti. Presertim cum ambo essetis mem- bra corporis xpi. Et vtiqz si maritũ infidelẽ habu isses: agere te conuersationẽ subditã oportuit / vt eũ dño lucrareris. sicut apostoli monuerũt. Omit to enĩ q ipsam continentiã illo noudũ volente / nõ scõm sanam doctrinã te suscepisse cognoui. Necz enim corporis tui debito fraudãdus fuit / priuscz ad illud bonũ / quod superat pudicitiã coniugalẽ: tue voluntati / volũtas quocz eius accederet. Si forte non legeras / nec audieras. vel nõ attende ras apostolũ dicentẽ. Bonũ est homini mulierem non tangere. Propter fornicationes autẽ vnus- quisqz suã vxorem habeat. et vnaquecz suum virũ habeat. Vxori vir debitũ reddat. similiter autẽ et vxor viro. Vxor nõ habet potestatẽ corporis sui. sed vir. Similiter et vir nõ habet potestatẽ corpo9 ris sui: sed mulier. Nolite fraudare inuicẽ. nisi ex cõsensu ad tempus / vt vacetis orationi. et iterum ad idipsũ estote. ne vos tentet Sathanas propter incontinẽtiã vestrã. Scõm hec verba apostolica / etiam si ipse cõtinere voluisset et tu noluisses: de- bitum tibi reddere cogeretur. et illi deus imputa ret continentiã / si non sue sed tue infirmitati acce dens: ne in adulterij damnabile flagitiũ caderes: maritalem tibi concubitum / non negaret. Quãto magis te (quã magis subiectam esse decuerat) ne ipse quocz in adulteriũ diabolica tẽtatione trahe retur in reddendo huiusmodi debito. Voluntati eius obtemperare cõuenerat: cum tibi voluntatẽ cõtinendi acceptaret deus. quia ꝓterea non fa- ceres / ne periret maritus. Sed hoc (vt dixi) omit to. quoniã postea tibi nolenti sibi ad reddenda cõ- iugalia debita consentire: ad eadem ptinentie pa cta ipse consensit: et tecũ cõtinentissime diu vixit. suocz consensu a peccato illo / quo ei debitum car- nis negabas: ipe te absoluit. Non ergo in tua cau sa ista vertitur questio. Vtrum redire debeas ad concubitũ viri. Quod enĩ deo pari cõsensu ambo voueratis: perseuerãter vsqz in finem reddere am bo debuistis. A quo proposito si lapsus est ille: tu

Mulier ꝺ bet mode- rate tracta re virũ alĩ imputa ei si vir suus mechat.

Mulier nõ debet cõti nere sine ꝓsensu ma riti nececo uerso.

saltem constantissime perseuera. Nō te nō exhortarer: nisi quia tibi ad hoc ipse consenserat. Nam si nunc̄ tenuisses eius assensum: numerus te nullus defendisset annorū. sed post q̄ntumlibet tempus me cōsoluisses: nihil tibi aliud respondere: nisi qđ ait apostolus. Uxor nō habet potestatē corporis sui: sed vir. De qua potestate sic tibi iam prolixe rat continentiā: vt tecum ipse eam susciperet Sed illud est / qđ minus te obseruasse contristor. quia tanto humilius et obedientius ei obsequiū in domestica cōuersatione debuisti: q̄nto ille religiosius tibi rem magnā etiam imitando concesserat. Nec̄ enī quia pariter temperabatis a carnali cōmixtione / ideo tuus maritus esse desiterat. Immo vero sanctius inter vos coniuges manebatis / q̄nto sanctiora cōcorditer placita seruabatis. Nihil ergo de tua veste. nihil de auro vel argēto / vel quacunc̄ pecunia / rebusue vllis terrenis / sine arbitrio eius facere debuisti. ne scandalizares hominem qui deo tecum maiora vouerat. et ab eo quod de tua carne licita potestate posset exigere / se cōtinēter abstulerat. Denic̄ factum est vt vinculum continentie / quo se dilectus innexuerat: cōtēptus abrumperet. et iratus tibi / nō parceret sibi. Sicut enī retulit perlator epistole tue. Cum cognouisset q̄mīa: aut pene omnia que habebas / nescio quibus duobus transeuntibus monachis tanc̄ pauperibus eroganda donaueris: tunc ille detestans eos tecum et non dei seruos / sed dom⁹ aliene / penetratores / et suos captiuatores / et depredatores putans: tā sanctam sarcinam quā tecum subierat indignatus abiecit. Infirmus enim erat. Et ideo tibi (que in cōmuni proposito fortior videbaris) non erat presumptione turbandus: sed dilectione portandus. Quia etiā si ad ipsas elemosinas / largius faciendas forte pigrius mouebatur. posset et ista condiscere / si tuis inopinatis non feriretur expensis: sed exspectatis inuitaretur obsequijs. vt etiam hoc quod temere sola fecisti: multo consultius dilectione concordi: multoc̄ ordinatius et honestius ambo faceretis: (ne blasphemarentur serui dei: si tamen hoc fuerunt: qui marito absente atc̄ nesciente / ab ignota muliere et aliena vxore tāta sumpserunt) et laudaretur deus in operib⁹ vestris: quorū esset tam fida societas vt a vobis communiter teneret: nō solum summa charitas: verū etiam gloriosa paupertas. Nunc autem incōsiderata festinatione attēde quid feceris. Nunqđ tantum bonū est / q̄ pauperū carnem largioribus elemosinis refecisti: q̄ntum malum est q̄ viri tui mentem a tā bono proposito subruisti? An cuiusc̄ tibi temporalis salus charior esse debuerat: c̄ huius eterna? Nonne si ampliorem misericordiam cogitans / ideo pauperib⁹ res tuas erogare differres: ne scandalizatus maritus tuus deo periret: vberiores tibi elemosinas deus computaret? Proinde si recolis quid acquisieras quando lucrata fueras virum tuum / vt tecum christo sanctiore castitate seruiret: intellige per illas elemosinas tuas / (quibus cor eius euersum est) q̄nto grauiore dāno percussa fueris: c̄ sunt illa lucra que celestia cogitabas. Si enim habet ibi magnū locum / panis fractus esurienti: q̄ntum locum ibi habere credenda est misericordia / qua homo eripitur diabolo: tanc̄ leoni rugienti: et quem deuoret inquirenti? Nec̄ hoc ita dicimus: vt si quisc̄ scādalizat⁹ fuerit de bonis operibus nostris: ab eis desistenduz putem⁹. Sed alia causa est alienorum: alia necessariarum in societate aliqua personarum. Alia fidelis: alia infidelis: alia parētum erga filios: alia filiorum erga parentes. Alia postremo ea que in his rebus vel maxime intuenda est viri et vxoris. vbi mulierem coniugatam non licet dicere: facio quod volo de meo. cum et ipa non sit sua: sed capitis sui (hoc est viri sui) Nam sic quedam (vt commemorat apostol⁹ Petrus) mulieres sancte / que in deum sperabant / ornabant se subiecte viris suis: sicut Sara obsequebatur abrahe: dominū eū vocans. cuius vos facte estis filie. cum ad christianas / nō ad iudeas feminas loqueretur. Pariter ergo de omnibus consiliū haberetis. pariter moderaremini quid thesaurizandū esset in celo. quid ad vite huius sufficientiā vobis et vestris / vestro c̄ filio relinquēdum: ne alijs esset refectio: vobis autem angustia. Et in his disponendis atc̄ faciendis / si quid tibi forte melius videretur: suggereres viro reuerenter: eiusdemc̄ auctoritatem / tanc̄ tui capitis / sequereris obedienter. vt omnes q̄ sane sapiunt (ad quos posset hoc bonum vestrum fama perferre) de dom⁹ vestre fructu ac pace gauderent. et aduersarius reuereretur: nihil habens de vobis dicere prauī. Porro si de faciendis elemosinis / et in pauperes impendendis rebus tuis (de quo bono opere et magno tā euidentia precepta sunt domini) cum viro tuo fideli / et tecum sancta continentie pacta seruante / consilium prumi care deberes / eiusdēc̄ non spernere voluntatem: q̄nto magis de habitu atc̄ vestitu / nihil tibi preter eius arbitrium mutandū vel vsurpandum fuit Unde de hoc nihil diuinitus legimus imperatū. Scriptum est equidē: mulieres esse debere in habitu ordinato. Auric̄ circūpositio: et crinium intorsio et cetera huiusmodi (que vel ad inanē pompā vel ad illecebras forme / adhiberi solent) merito reprehensa sunt. Sed est quidam p modulo persone habitus matronalis / a viduali veste distinctus / qui potest fidelibus cōiugatis / salua religionis obseruantia / conuenire. Huc te maritus si deponere noluit / ne te velut viduam illo viuente tractares: puto quia non fuerat in hac re vsc̄ ad dissensionis scandalum perducendus: magis inobedientie malo: c̄ illius abstinentie bono. Quid est enim absurdius: c̄ mulierē de humili veste viro superbire? Cui te potius expediret obtēperare candidis moribus: c̄ nigellis vestib⁹ repugnare. Or etsi te indumētū monache delectabat: etiam hoc posset gratius marito obseruato / exoratoc̄ presumi. Nō si omnino non sineret: quid tuo proposito deperiret. Absit vt hinc displiceres deo / q̄ coniuge tuo nondum defuncto / non induereris sicut Anna: sed sicut Susanna. Nec̄ enī et ille qui tecū iam ceperat custodire tam magnū continentie bonum: (etiam si coniugale non viduale voluisset vt acciperes indumentū) ad indecētem quoc̄ te cōpulisset ornatum. Quo etsi aliqua dura condictione cogereris: posses habere in superbo cultu cor humile. Nempe apud patres Hester illa regina deum timens. deum colens. subdita deo. marito regi alienigene / non eundem secum colenti deum tamen subdita seruiebat. Que cum extremo periculo non suo tantū: sed etiam gentis sue: (qui tūc erat populus dei) domino prosterneretur orando: in ipsa oratione dixit ita sibi esse ornatum regium sicut pannū menstrualē. Et ita orantem / confestim exaudiuit qui cordis inspector eam verum dicere sciuit. Et vtic̄ maritum habebat / multarū

Mulier debet huīli⁹ et obediētius obsequi viro q̄nto sancti⁹ est mōrimonīū

De rebus terrenis nihil pōt dispensare mulier sine arbitrio viri.

Arguit mulierem temere largitionis.

In matrimonio q̄ firmior est dilectione portād⁹ ē.

Nō est seruoz dei magna accipere ab ignota muliere et aliena vxore nesciente marito et absente.

Preponēda est sal⁹ aīe viri tēporali saluti pauperū.

Nō est spe desistēdū a bono opere ppt scādalum.

α

Nō licet mulieri cōiugate dicere facio qđ volo de meo. 1. Petri. iii.

Uxor debet meliora suggerere viro reuerenter et auctoritatē eius sequi obediēt.

Cōsultandū ē cū viro de elemosynis faciendis. nec sine arbitrio eius vestis matrimonialī vxori mutanda est. Alia vestis mōrimonialis alia vidualis.

Absurdū est mulierē de hūili veste viro supbire. Nigelle vestes monacharū.

Pōt hīi in superbo cultu cor humile.

A mulierū virum. et deorū alienorum / falsorūq; cultorē. Tu autē (etsi ille in proposito quod tecū susceperat perduraret: nec a te offensus in flagitiū corruisset) maritū habebas / non solū fidelē / et verum deū tecum colentē: sed et cōtinentē. qui pculdubio / ppositi vestri nō immemor. et si te ad coniugalia cogeret indumēta: ad superba tamē ornamenta nō cogeret. Hec tibi scripsi / qm̄ me cōsulendum putasti. nō vt tuū rectum institutū / sermone meo frangerē: sed q te inordinate et incaute agente / viri tui factum dolerem. de cuius reparatione debes vehemētissime cogitare / si vere ad christū vis peruenire. Induetaq; humilitatem mentis. vt et deus te conseruet perseuerātem. Moli maritum contemnere pereuntē. Funde pro illo pias et assiduas orationes. Sacrifica lachrimas / tanq; vulnerati sanguinē cordis. Et scribe ad eum satisfactionem: petens veniam / quia in eum peccasti: q; preter eius consilium et voluntatē de rebus tuis feciſti qđ faciendum putasti. non vt te peniteat tribuisse pauperibus: sed eum boni tui operis participem et moderatorē habere noluisse. Promitte de cetero in adiutorio domini / si et illum sue turpitudinis penituerit / et continentiam quā deseruit / repetiuerit: te illi sicut decet / in omnibus seruituram. ne forte (vt ait apostolus) det illi deus penitentiam vt resipiscat a diaboli laqueis. a quo captiuus tenetur scōm ipsius voluntatē.

Humilitas mētis conseruat et pseuerare facit.

Sacrificā de lachrīe tanq; sanguis vulnerati cordis.

Vir moderatorē esse debet et participeps bonor̄ operū vxoris.

Mulier sui corporis potestatem nō habet: sed vir. Similiter autē et vir sui corporis potestatem non habet: sed mulier

Ex lib. cōsiliorū Hiero. li. x. Vota vxorū abstinētie cā sunt irrita sine auctoritate viri.

B MAnifestum est / ita voluisse legem feminam esse sub viro: vt nulla vota eius / q̄ abstinentie causa vouerit reddātur ab ea: nisi auctor vir fuerit permittendo. Nam cum ad peccatū eiusdē viri pertinere voluerit / si prius permiserit et postea prohibuerit / etiā hic: tamen non dixit vt faciat mulier quod vouerat: (quia permissa prius a viro fuerat) sed viri dixit esse peccatū. quia abnuit qđ prius cōcesserat. non tamen mulieri vel ex hoc permissum dedit. vt cum prius ei vir concesserit: postea si prohibuerit contemnatur. Utrum autē ista etiam ad vota cōtinentie et a concubitu abstinentie pertineant: merito queritur. ne forte ea tantū intelligēda sint ad uersus animam vouerī que sunt in cibis et potib⁹. Qđ videtur et illud significare vbi dominus ait.

Matthe. vi. Nonne anima plus est q̄ esca. et cū de ieunio precipitur ita precipitur. Affligetis animas vestras. maxime / quia cum lex auctoritatem viro tribuat / non mulieri que viro subdita est: vt tunc persoluē da sint vota mulieris si vir approbauerit. si autem renuerit: non debeantur. Apostolus tamen cū de concubitu coniugatorū loqueretur / non ibi maiorem auctoritatem viro q̄ femine dedit: sed vxori (inquit) vir debitum reddat. similiter vxor viro. Uxor non habet potestatem corporis sui: sed vir. Similiter autem et vir non habet potestatem corporis sui: sed mulier. Quādo in hac re parem vtriusq; esse voluit potestatem: puto q nobis intelligendum insinuet istam de concūbendo vel non cōcubendo regulam non pertinere ad ea vota / vbi non habent parem vir et mulier potestatem: sed viri maior est / ac prope / eius solius est. Non enī ait lex virum non debere reddere vota sua si vxor prohibuerit: sed vxorem si vir prohibuerit. Quis enī nescit vxorem marito tanq; dño debere seruire?

q̄ctū ad cōcubitū nō est maior viri auctoritas q̄ mulieris nec econuerso.

☞

¶ Sed qđ ad membra corporis attinet / quibus sexus ipse distinguitur apostolus dicit. Similiter et vir non habet potestatem corporis sui: sed mulier. Ut cum in ceteris actibus ad humanam pacem pertinentibus mulier viro debeat seruitutē. huius vni⁹ rei qua sexus vtriusq; carnali sorte discernitur et carnali cōmixtione concernitur similem in se habeant potestatem: vir in vxorem / et vxor in virum. C 6

Ex libro contra faustū capto xxii.

¶ Fratres mei. filij mei: sufficiāt vobis vxores vestre. quoniā sufficere vos vultis vxoribus vestris. Non vis / ab illa fiat aliquid preter te: noli facere aliquid preter ipsam. Tu dominus es. illa ancilla Deus fecit. Sara (inquit scriptura) obsequebatur abrahe / dominum eum vocans. Verum istas tabulas subscribit episcopus. Ancille vestre sūt vxores vestre. Domini estis vxorum vestrarum. Sed quādo venitur ad illud negocium / quo sexus discernitur. et sexus sibi vterq; miscetur vxor nō habet potestatem corporis sui: sed vir. Gaudebas. Erigebas te. Jactabas te. Bene dixit apostolus. Optime dixit vas electionis: vxor non habet potestatem corporis sui: sed vir. quia ego sum dominus. Laudasti? Audi quod sequitur. Audire non vis? Rogo vt velis. Quid est hoc. Audi? Similiter / et vir dñs ille? Similiter / et vir non habet potestatem corporis sui: sed mulier? Hoc libēter audi. Vitium tibi tollitur: nō dominium. Adulteria tua prohibentur: non femine subrogantur. Tu vir es: ostende. Vir a virtute. vel virtus a viro. Habes ergo virtutem: vince libidinem. Caput mulieris vir. Si caput es. Duc vt sequaē. Sed vide qua ducas. Caput es. Duc. Sequatur. Sed noli ire quo non vis vt sequatur. Sic vos parate intrare ad nouam illam nuptam: ad illā pulchram ornatam viro suo. non monilibus: sed virtutibus. Si enim casti / et sancti / et boni intraueritis: membra ipsius noue nupte vos eritis.

Ex fimōe de natali martyrum.

Gene. xviii. et. i. Petri. iii

☞

D

Nolite fraudare inuicē. nisi forte ex consensu ad tempus vt vacetis orationi. et iterū reuertimini in idipsum. ne tentet vos Sathanas propter incontinentiā vestram. Hoc autem dico scōm indulgentiam. non scōm imperium.

Ex lib. enchiridyon.

VEnerabilis Paul⁹ cōiugibus ait. Nolite fraudare inuicem. nisi ex p̄sensu ad tēpus vt vacetis orationi. et iterum ad idipsū estote: ne vos tentet Sathanas propter incōtinētiam vestram. Qđ putari posset non esse peccatum / miscerī scilicet coniugi non filiorū procreandorum causa. (qđ bonū est nuptiale) sed carnalis etiam voluptat̄: vt fornicationis siue adulterij / siue cuiusq; alterius immunditie vt est mortiferum malum (qđ etiā turpe est dicere) quo potest (tentante sathana) libido pertrahere incontinentium deuitet infirmitas. Posset ergo (vt dixī) hoc putari non esse peccatū: nisi addidisset. Hoc ergo dico scōm veniam. non scōm iperiū. Quis autem neget non esse peccatū: cum dari veniam faciētibus / apostolica auctoritate fateatur? Propter hec atq; huiusmodi peccata. et alia / licet his minora / q̄ fiunt verborū et cogitationū offensionibus (ap̄lo iacobo p̄fitente ac dicēte. In multis enī offendimus omnes) oportet quotidie crebroq; oremus dñm. atq; dicam⁹. Dimitte nobis debita nostra. Me in eo qđ sequit̄ mentiamur: sicut et nos dimittimus debitoribus nostris.

An sit peccatū miscerī nō filiorū procreādorum causa.

Jacobi. iii. Matthe. vi.

H

Volo aūt omnes homines esse sicut me ipsum. Sed vnusquisq; ꝓpriū habet donum ex deo: alius quidem sic: alius vero sic.

Ex lib. ō gra et libero arbi trio.

ET ipsa quoq; pudicitia coniugali nempe apostolus ait. Quod vult faciat. non peccat si nubat. ⁊ tamē hoc etiā dei donū est: dicente scriptura. A dño iūgitur mulier viro. Ideo doctoꝛ gentiū ⁊ pudicitiā coniugalē (per quā non fiunt adulteria) ⁊ perfectiozem continentiā (ꝑ quā nullus concubitus queꝛit) suo sermone cōmendans: ⁊ hoc ⁊ illud / donuz dei esse demonstrauit: admonēs coniuges / ne se inuicem fraudent. Quod cū admonuisset: adiecit. Vellem autē oēs homines esse sicut meipsum. Quia vtiq; ipe ab oī concubitu cōtinebat. Et ꝓtinuo subiunxit. Sed vnusquisq; ꝓpriū habet donuz a deo. alius quidem sic. alius autē sic.

Paul cōtinentia.

Ex lib. de bono ꝓseueran tie.

Nō solum cōtinentia est donuz dei sed etiam castitas coniugalis.

1. Cor. vii.

CVellem (inquit) oēs homines esse sicut meipsum. Sed vnusquisq; ꝓpriū donū habet a deo: alius quidē sic: alius aūt sic. Vbi satis ostendit nō tantū continentiā donum dei esse. sed cōiugatoꝝ etiā castitatē. Que cum vera sint: hoꝛtamur tamē ad hec quātū cuiq; nostrū datum est / vt possit hoꝛtari qz ⁊ hoc eius donuz est. in cuius manu sunt et nos ⁊ sermones nostri. Vnde ⁊ apls. Scōm gratiam (inquit) q̄ data est mihi / vt sapiēs architectus fundamentū posui. Et alio loco. Vnicuiq; (inqt) sicut dns dedit. Ego plantaui. Apollo rigauit: sed deus incrementū dedit. Itaq; / neq; qui plantat ē aliquid: neq; qui rigat: sed q̄ incrementū dat deus ac ꝑ hoc / sicut exhoꝛtat ⁊ prędicat recte: sic ille q̄ accepit hoc donū: ita exhoꝛtantē recte atq; prędicantē ꝓfecto ille obedienter audit qui accepit hoc donū. Hinc est q̄ dns cum eis loquer et qui carnis aures apertas haberēt: dicebat tamē. Qui habet aures audiēdi / audiat. Quas non oēs habere ꝑculdubio nouerat. A quo aūt habeant q̄cunq; habent: ipe dns ostendit. Vbi ait. Dabo eis coꝛ ꝙgnoscendi me ⁊ aures audientes. Aures ergo audiēdi ipsum est donū obediendi.

Luce. viii.

Aures audiēdi ē donū obediē di.

De epla ad iulianam.

CVirgo xpi / que pie intelligit ꝓpriā paupertatē coꝛdis būani. ⁊ ideo nisi sponsi sui donis nescit oꝛnari: audiat apostolū dicentem. Despondi enim vni viro virginem castā exhibere christo. Timeo autē / ne sicut serpens Euā seduxit in versutia sua sic ⁊ vestre mentes coꝛrumpant a castitate que est in christo Jesu. Et propterea de his quoq; spiritalibus diuitijs non istū qui dicit. nullus tibi eas ꝓter te cōferre potest / ⁊ nisi ex te ⁊ in te esse nō possunt: sed illū audiat / qui dicit. Habemus thesauꝛ istum in vasis fictilibus. vt eminētia virtutis sit dei ⁊ non ex vobis. De ipsa quoq; sacra continētia virginali / q̄ non sit sibi ex seipsa: sed sit dei donū (quā uis credenti volentiq; collatum) eundē audiat veracem / piumq; doctoꝛē. Qui cum hinc ageret: ait. vellem oēs esse sicut meipsum. Sed vnusquisq; ꝓpriū donū habet a deo: alius quidē sic: alius autem sic. Audiat etiam ipsum / non tantū suum: sed vniuerse ecclesie vnicū sponsum: de tali castitate atq; integritate dicentem. Non oēs capiunt verbum hoc: sz quibus datū est. vt intelligat ex eo q̄ habet tam magnū donum atq; preclarum / se potius deo ⁊ domino gratias agere debere: q̄ cuiusq; verba / q̄ velut ex seipsa id habeat: vt non dicam assentantis adulatoꝛis: ne de occultis hominū temere iudicare videamur: certe nec errantis lauda

1. Cor. xi.

2. Cor. xi.

2. Cor. xiii.

Paulus virgo.

toꝛis audire. Oīe quippe datum optimū. ⁊ omne donū perfectum (sicut dicit etiam Jacobus apostolus) de sursum est descēdēs a patre luminum. Hinc ergo ⁊ sancta virginitas hec dei dona sunt. ⁊ vestra quidem sunt: sed non ex vobis. Habetis enī thesaurū istum in terrenis coꝛporib⁹ ⁊ adhuc fragilibus / tanq; in vasis fictilibus: vt eminentia virtutis sit dei: ⁊ nō ex vobis. Nec miremini quia dicimus ⁊ vestra esse: ⁊ ex vobis non esse. Nā ⁊ panem quotidianū dicimus nostr. sed tamē addim⁹ Da nobis. ne putetur ex nobis.

Jacob. i.

Dico autem non nuptis ⁊ viduis: bonū est illis si sic permanserint sicut ⁊ ego.

SAncta scriptura nostre doctrine regulā figit: ne audeam⁹ sapere pluscz oporꝛtet sapere: sed sapiamus (vt ipsa ait) ad tēperantiā sicut vnicuiq; deus partit⁹ est mensurā fidei. Non sit ergo mihi aliud te docere: nisi verba tibi doctoꝛis exponere. ⁊ de hijs q̄ dns dederit / disputare. Ait itaq; apls doctoꝛ gentiuz / vas electionis. Dico aūt innuptis / ⁊ viduis: bonū esse illis si sic permanserint sicut ⁊ ego. Hec verba ita intelligēda sunt vt non existimem⁹ viduas non oporꝛtere innuptas dici. qz nuptias vid enī expetere. Innuptaꝝ enī noīe / illas significat / q̄ nō sūt nuptijs alligate. siue fuerint siue nō fuerint. Ō alio loco apīt. vbi dicit. Diuisa ē mulier innupta ⁊ vgo. Quādo vtiq; virginē adiungit: quid mulierē innuptā nisi viduā vult intelligi? Vnde etiā deinceps / vno innupte nomine ꝓfessionē vtrancz complectitur dicens. Que innupta est sollicita est ea que sunt domini quomodo placeat dño. que autem nupta est: sollicita est ea: que sunt mundi / quomodo placeat viro. Innuptā certe / non eam tantū intelligi voluit que nunq; nupsit: sed ⁊ eam que nuptiarū vinculo per viduitatē liberata nupta esse destitit. Nam ideo ⁊ nuptā non dicit / nisi eam que virū habet: ita etiam nō nuptā: eam que habuit ⁊ nō habet. Quapropter: vidua oīs innupta est. sed qz nō oīs innupta vidua est. sunt enī virgines: ideo ꝫ vtrunq; posuit: vbi ait. Dico aūt innuptis ⁊ viduis Tanq; diceret. Quod dico innuptis: non eis solis dico que virgies sunt: sed ⁊ eis que vidue sunt. bonū esse illis: si sic pmanserint: sicut ⁊ ego. Ecce est bonū tuum: ei bono comparatū: quod dicit apostolus suū si fides adest. Jmmo quia fides adest. Breuis est ista doctrina. nec ideo contemnēda qz breuis: sed ideo facilius ⁊ charius tenenda: quia ī breuitate non vilis. Non enī qualecūq; bonū hic cōmendaret apostolus: quod fidei nuptiarum sine vlla ambiguitate ꝓposuit. Quantū aūt bonū habeat nuptiarū fides (id est christianarū ⁊ religiosarum coniugataꝝ) hinc intelligi potest: q̄ cum de fugienda fornicatione ꝓciperet: ibi vtiq; ⁊ cōiugatos alloquebat. Nescitis (inquit) quia coꝛpora vestra mēbra sunt christi? Tantū ergo bonū est fidelis cōiugij: vt etiā ipsa mēbra sint christi. Hoc aūt bono (quonīā melius est bonū continentie vidualis) non hac ꝓfessione id agit: vt aliquid pl⁹ sit catholica vidua: q̄ membrum christi: sed vt meliozē: q̄ cōiugata: locum habeat inter membra christi. Dicit quippe idem apostolus. Sicut enī in vno coꝛpoze multa mēbra habemus: oīa aūt membra non eosdē actus habent: ita multi vnū coꝛpus sumus in xpo. Singuli aūt alter alteri⁹ mēbra: habētes aūt dona diuersa ꝫm gr̄am q̄ data est nobis Jdeo etiā cū ꝓmōeret ꝓiugatos ne debito carnal' ꝓmixtōis fraudarēt iuicē. ⁊ ꝑ ālē eoꝝ negato sibi

Ex lib. ō sancta viduitate

Que dicit innupta se cūdū apostolum.

De bono fidelis cōiugij.

Roma. xii.

debito coniugali: per intemperantiā suam tentatus a sathana: in fornicationem prolaberetur. Hoc autē dico (inquit) ſm veniam: non ſcōm imperium.

Fides matrimonialis donum dei est.

Volo aūt oēs homines esse sicut meipm. Sed vnusquisq; pprium donū habet a deo. alius quidem sic alius aūt sic. Vides etiā cōiugalē pudicitiā: et thori christiani matrimonialē fidem esse donū. et hoc a deo. vt illud quod vltra liberoz procreandoz necessitatē / modū concumbēdi aliquatenus concupiscētia carnalis excedit: non nuptiaz sit hoc malū: sed veniale sit / ppter nuptiaz bonum. Non enī de cōiugio: quod copulat liberoz procreandoz causa et fide pudicitie cōiugalis et indissolubili quā diu viuūt / ambo matrimonij sacramēto (que omnia bona sunt) sed de illo immo dico carnis vsu / q̄ in infirmitate coniugū agnoscit et interuentu boni nuptialis ignoscit: ait apostolus. Scōm veniā dico: non ſm imperium.

Mō de oi actu mri monialī ſz de intēpato carnis vsu ait apostol⁹ scōm veniā dico

Quod si se non continent: nubant. Melius est enī nubere q̄z vri.

Ex lib. de genesi ad litteram. ix.

VTriusq; sexus infirmitas ppendēs in ruinā turpitudinis: recte excipit honestate nuptiaz. vt qō sanis posset esse officiū: sit egrotis remediū. Neq; enī. qui continentia malū est: ideo cōnubiū. Vl quo incontinentes copulant non est bonū. immo vero nō. propter illud malū culpabile est hoc bonū: sed propt hoc bonū / veniale est illud malū. quoniā id quod bonū habent nuptie. et quod bonū sunt nuptie / peccatū esse nunq̄ potest. Hoc aūt tripartitū est. Fides. Proles. Sacramentū. In fide attendit ne p ter vinculū coniugale cum altera vel altero pcumbat. In prole / vt amanter suscipiat: benigne nutriatur: religiose educet. In sacramēto / vt cōiugium non separet. et dimissus vel dimissa / nec causa prolis alteri coniungat. Hec est tanq̄ regula nuptiarū / qua vel nature decorat fecunditas / vel incontinentium regitur prauitas.

Triparti tū bonum mrimonij.

Regula nuptiarū.

¶ Qui potest capere capiat. Sed non possum (inquit) Non potes? Non possum. Suscipiat te nutritoria q̄dā apli auctoritas. vt si se non ptinēt: nubāt. Fiat aliq̄d vñ pueniat ad veniā ptinet ad veniam: ne irruat in eternā penā. Fiat quod licet: vnde ignoscat quod non licet. Hoc indicat quod sequit.

Ex sermone de bono nuptiarum.

Wallē eos nubere / q̄z vri. Concessit (inquā) aliq̄d incōtinētie. qui magis timuit penas eternas. Timuit qō expectat et manet adulteros. Etiā hoc (q̄ cōiugati / victi concupiscentia vtunt inuicē / vltra necessitatē liberos procreādi) ponā in his p quibus quotidie dicit. Dimitte nobis debita nostra. sicut et nos dimittimus debitoribus nostris.

H

De copula carnali nō procreandis pliscā. Matthe. vi.

His aūt qui matrimonio iuncti sunt p̄cipio non ego sed dñs vxorē a viro non discedere. Quod si discesserit: manere innuptam: aut viro suo recōciliari. Et vir vxorem ne dimittat.

Ex libro de ſmōe dñi in monte.

HIis qui sunt in cōiugio pcipit p apostolū dñs vxorē a viro non discedere. Qō si discesserit: manere innuptā. aut viro suo reconciliari. Potest enī fieri / vt discedat: ea causa / qua dñs permisit. Aut si femine licet virum dimittere / etiā preter causam fornicationis: et non licet viro: quid respondebimus de hoc: quod dixit posteri⁹: et vir vxorē ne dimittat? Quare non addidit (excepta causa fornicationis qō et dñs pmittit) nisi qz simile formā vult intelligi. vt si dimiserit (qō causa fornicationis pmittitur) maneat sine vxore: aut reconciliet vxori. Non enī male reconciliat vir illi mulieri / quā cum lapidare nemo ausus esset: dicit ei dñs. Vade: vide deinceps ne pecces. Quia et q̄ dicit. Non licet dimittere vxorem nisi causa fornicationis: cogit retinere vxorē si causa fornicationis non fuerit. Si aūt fuerit: nō cogit dimittere. sed pmittit sicut dicit. Non licet mulieri nubere alteri / nisi viro mortuo. Si ante viri mortē nupserit: rea est. Si post viri mortem nupserit: non est rea. Non enim iussa est nubere: ſz permissa.

Joan. viii.

¶ Dñs ergo ad illud pfirmādū: vt nō facile vxor dimittat / solā causam fornicationis excepit. ceteras vero vniuersas molestias si que forte extiterit iubet p fide piugali et p castitate fortiter sustineri. et mechū dicit etiā virum q̄ eam duxerit que soluta est a viro. Cuius rei Paulus apostolus terminū ostendit. Quia tamdiu obseruandū dicit / quā diu vir eius viuit. Illo aūt mortuo: dat nubendi licentiā. Hāc enī etiā regulā ipe tenuit. et in ea nō suum consiliū / sicut in nonnullis monitis: sed preceptū dñi iubentis ostendit. cum ait. Eis aūt que nupte sunt precipio: nō ego ſz dñs: mulierē a viro nō discedere. Quod si discesserit: manere innuptam / aut viro suo recōciliari. Et vir vxorē ne dimittat. Credo simili forma / vt si dimiserit / non ducat aliam. aut reconciliet vxori. Fieri enī potest vt dimittat vxorē / causa fornicationis. quā dñs exceptam esse voluit. Jam vero si nec illi nubere cōcedit viuo viro a quo recessit: neq; huic alterā ducere viua vxore quā dimisit: multominus fas est: illicita eū cum quibuslibet stupra cōmittere.

Exeodē lib. parū post.

De indissolubili vinculo matrimonij vtraq; parte.

¶ Si dñs dimittende coniugis: solā causam fornicationis admittit / et paganum coniugium dimitti prohibet: consequens est. vt paganismus fornicationi non deputetur. Solam autem fornicationis causam exceptam facere dominū: cum de dimittēda coniuge loquit in euangelio: manifestū ē.

Ex lib. ſtionum. lxxxiii

Depaganopiugio.

Paganum vero coniugium hinc non prohibetur dimitti. quia cum apostolus consilium de hac re daret (vt fidelis volentem secum esse coniugē infidelem: non dimittat) ait. Ego dico: non dominus (vt intelligat dñs non quidem iubere vt dimittat ue contra iussum ei⁹: cōsilium dare videatur apostolus) sed tamen permittere. vt nemo in ea re iussionis necessitate teneat sed consilij voluntate libere faciat. Verūtamen: si quis q̄z asserat solam illam fornicationē dominū admittere ad causam relinquende coniugis (que vulgo fornicatio dicit) (id est que concubitu illicito perpetratur) hoc potest dicere dñm cum de hac re loqueretur de vtro q̄z fideli dixisse et marito et vxore. vt si ābo fideles sunt: neutri liceat alterum dimittere nisi causa fornicationis. Vbi non potest paganismus intelligi: quia vterq; fidelis est. Sic enim et apostolus videtur distinguere: cum ait. His autem qui sunt in cōiugio precipio: non ego: sed dominus. vxorem a viro non discedere. Quod si discesserit: manere innuptam. aut viro suo reconciliari. Vbi intelligitur. Quia etiam si vna illa causa qua sola relictio coniugij permittitur mulier a viro suo recesserit: innupta perseuerare debet. aut si se non continet: viro potius reconciliari. vel correcto. vel certe toleranda: q̄z alteri nubere. Sequitur autem et dicit: et vir vxorem ne dimittat. Breuiter eandem formā intimans in viro: quam precipiebat in femina. Quibus ex precepto domini insinuatis: ita sequitur.

H

Ceteris autē ego dico:non dñs. Si quis fr̄ habet vxorem infidelē ⁊ hec consentit habitare cum illo: non dimittat illam. Ubi dat intelligi dñm de his locutum/vt neuter alterum dimitteret/si fideles ambo essent.

Ex libro ad pollentiū. i. Matthe. v.

¶Quod a dño in euangelio dictū est. Quicūq; dimiserit vxorē suā/excepta causa fornicatiōis: facit eā mechari: phibitū est: homini dimittere vxorē si nulla causa fornicatiōis extiterit. ⁊ dictū est q̄re. Me sez faciat eam mechari. Utiq; ideo. q; etiā si non ipa dimiserit:sed dimissa fuerit: erit mecha si nupserit. Propt hoc g̃ tam magnū malū/non licet hoī dimittere vxorē:nisi excepta causa fornicatiōis.tūc enī non ipse dimittēdo facit adulterā:sed dimittit adulterā. Quid si g̃ dicat. Dimitto quidē vxorē meā sine vlla causa fornicatiōis sed ꝓtinēs permanebo. Ideo ne dicem⁹ eū impune feciſſe qō fecit:Quis hoc dicere audebit:q̄ volūtatē dñi hec dicētis intelligit? Aū nec ꝓtinentie causa dimitti cōiugē voluit q̄ solā causam fornicationis excepit Redeam⁹ igit ad ipsa apl̄i verba: ⁊ eum velut interrogem⁹ ⁊ tanq̄ p̄sentē eum q̄dammodo cōsulam⁹. Cur dixisti apl̄e. Mō si discesserit/mānere innuptā? Licet ne discedere? An nō licet? Si oīno non licet? cur p̄cipis discedēti vt maneat innupta? Si aūt licet: pfecto est aliq̄ causa qua liceat. Hec aūt inq̄sita non inuenit nisi quā solaz saluator excipit (id ē causa fornicatiōis) Ac p hoc nō p̄cipit apl̄s/ mulierē si discesserit manere innuptā:nisi que illa causa discedit a viro qua sola ei licitū ē discedere a viro. Nisi g̃ illa intelligatur. Cui licet discedere? Nō autē licet nisi viro fornicante:quo mō iubetur innupta si discesserit ꝑmanere. Quis est qui dicat Si discesserit mulier a viro nō fornicāte innupta ꝑmāeat:cū ei nisi a viro fornicāte discedere oīno nō liceat? Sed rem ipā paulo aperti⁹ ploquamur ⁊ q̄si cōstituam⁹ ante oculos. Ecce placuit cōtinentia mulieri. viro nō placet. Discessit ab eo mulier. ⁊ cepit viuere continenter. Ipsa sez casta māsura. Iz factura (qō dñs nō vult) adultex vix. Qui cum se nō cōtinuerit. Alterā queret. Quid sum⁹ dicturi mulieri:nisi qō dicit eccl̄ie sana doctrina? Redde debitū viro. Me dū tu q̄ris vnde amplius honoz eris: ille vñ dānē inueniat. Hoc vtiq; ⁊ illi dicere mus/si te nolēte/ꝓtinere voluisset. Nō enī habes potestatē corpis tui:sed ille. sicut nec ille habet potestatez corpis sui:sed tu. Cū hec atq; hmōi pl̄a/q̄ ad hō ꝓtinent/dixerim⁹. Placet ne tibi/vt nob mulier respondeat? Ego apl̄m audio/dicentē. Precipio/mulierē a viro nō discedere. Quod si discesserit:manere innuptā:aut viro suo recōciliari. Ecce discessi. Nolo recōciliari viro.sed innupta ꝑmaneo.non enī ait:si discesserit manere inuptā donec viro suo recōcilieē:sed manere (inquit) innuptaz. aut viro suo recōciliari. Hoc (inquit) faciat. aut illud. Unū e duobus eligendū ꝑmisit.nō aūt in horum altez compulit. Manere innuptā eligo.ac sic p̄ceptū impleo. Corripe.argue.increpa. vtere q̄ volueris seueritate si nupsero. Quid huic cōtradicā:nisi apostolū non bene intelligis? Meq; enī p̄cepisset:si a viro discesserit/innuptā manere mulierē:nisi eam cui discedere licuisset. illa vna videlicet causa.que ibi ꝓptere a tacita est/q̄ notissima ē (hoc est fornicationis) Hanc enī solam de⁹ magister excepit cum de dimittēda loqueret vxore deditq; intelligi talē formam etiā a viro esse seruandā. Quoniā non solū mulier/non habet potestatē corpis sui/sed vir. similiter ⁊ vir nō habet potestatē sui corporis/sed mulier. Cū ergo tuū maritum arguere de fornicatione non possis: quomodo te putas/q̄ ab eo discedis non nubendo/excusare. a quo tibi non licet omnino discedere? Dñs itaq; p̄cipit mulierē a viro non discedere. Quod si discesserit:ea vtiq; causa qua discedere licitū est: manere innuptā. aut viro suo recōciliari. Mulier enim sub viro/viuo marito iuncta est legi. ⁊ viuēte viro vocabit adultera:si fuerit cum altero viro. quoniā mulier alligata est quādiu vir eius viuit. Unde si vxor dimiserit virū suum ⁊ alij nupserit: mechab. ⁊ q̄ dimissam a viro duxerit mechab. Ideoq; ex eo dē p̄cepto dñi ait. ⁊ vir vxorē ne dimittat. quoniā q̄ dimiserit vxorē suam ꝑter causam fornicationis facit eā mechari. Sed si ꝑpter hanc causam dimiserit:etiā ipse sic ꝑmaneat. Omis enī qui dimittit vxorem suā ⁊ ducit alterā:mechab. Hec constituta dñi/sine vlla retractatiōe seruāda sunt. Habet enī hec iustitia:que cozā illo est. siue ꝓbent siue improbent homines. Roma. vii.

Ham ceteris ego dico: non dñs. Si q̄s frater vxorem habet infidelē: et hec consentit habitare cum illo: non dimittat illam Et si qua mulier habet virum infidelem et hic consentit habitare cum illa non dimittat virum.

Ceteris aūt ego dico:nō dñs. Hic p̄mo videndū est. Quibus ceteris. Dicebat enī superi⁹ ex dñi psona. hijs qui sunt in cōiugio. sed non hoc sequit. Ita enī subiungit. Si quis frater habet vxorē infidelez. ⁊ hec cōsentit habitare cum illo:non dimittat illā. Ergo etiā nunc dicit his q̄ sunt in cōiugio. Quid sibi ergo vult. Quod ait. Ceteris? Nisi q; supius eis loq̄bat qui sic copulati erāt/vt pariter in fide xp̄i eēnt Ceteris aūt nunc dicit. id est eis q̄ sic copulati sūt/ vt non ambo fideles sint. Sed quid eis dicit? Si quis frater habeat vxorem infidelē. ⁊ hec cōsentit habitare cū illo:nō dimittat illā: ⁊ si qua mulier habet virū infidelem. ⁊ hic cōsentit habitare cū illa: non dimittat virū. Si ergo non p̄cipit ex dñi persona sed ex sua psona monet:ita est hoc bonū: vt si quis aliter fecerit /non sit p̄ceptī trāsgressoz. sicut de virginib⁹ paulo post dicit p̄ceptū dñi se non habere. cōsilium aūt dare. atq; ita laudat virginitatē vt arripiat eam q̄ voluerit.non tamē vt si non fecerit:cōtra p̄ceptū feciſſe iudicet. Aliud est enī qō iubet. aliud quod monet. aliud quod ignoscit. Iubet mulier a viro non discedere. Quod si discesserit:manere innupta. aut viro suo reconciliari. Aliter ergo non licet facere. Monet autē vir fidelis si habet vxorem infidelē/consentientē secum habitare/non eā dimittere. Licet ergo ⁊ dimittere. q; non est p̄ceptū dñi ne dimittat sed consiliū apostoli sicut monet virgo non nubere. Sed si nupserit: consilium quidē non tenebit. sed contra p̄ceptum non faciet. Ignoscit tamē cum dicit. Hoc autem dico ſm veniā.non ſm imperiū. Quapropter si licet vt dimittat coniunx infidelis (quamuis meli⁹ sit non dimittere) ⁊ tamē non licet ſm p̄ceptum dñi vt dimittat coniunx/nisi causa fornicationis: fornicatio est etiam ipsa infidelitas. Quid enim tu dicis apostole? Certe vt vir fidelis consentientē secum habitare mulierem infidelem:non dimittat ita inquit. Cū ergo hoc et dñs p̄cipiat ne dimittat vir vxorē nisi causa fornicationis: q̄re hic Ex lib. de sermone dñi in monte. i.

Quo q̄libet discessit iubet innuptā pmanere. aut recōciliari viro suo.

a

b

dicis. Ego dico. non dñs? Quia .s. idolatria quaz sequuntur infideles z quelibet noxia superstitio: fornicatio est. Deus autē permisit causa fornicationis vxorē dimitti Sed quia permisit: non iussit: dedit locum apostolo monēdi: vt qui voluerit nō dimittat vxorē infidelem. quo sic fortassis possit fieri fidelis.

Exlibro ad pollētium.

¶ Quia enim coniunx fidelis relinquere coniugē licite potuit infidelem: ideo fieri hoc non dñs: sed apostolus prohibet. Quod enim dñs prohibet fieri: omnino nō licet. Monet ergo apostolus (quod et possit esse multorum lucrandorum occasio) vt fideles coniuges in relinquendis infidelibus: permissa licentia non vtantur. Si enim dimittere infidelē vxorem non liceret: hoc fieri dñs prohiberet neqz apostolus prohibens diceret: ego dico. nō dominus. Nam si propter fornicationem carnis permittitur homo a coniuge /separari: quantomagis in coniuge mentis fornicatio detestanda est (id ē infidelitas) De qua scriptum est: quoniā ecce: qui se longe faciunt a te: peribunt. Perdidisti omnez qui fornicatur abs te. Sed quia ita licitum est: vt non expediat: ne propter coniugum separationes offensi homines: ipsam doctrinam salutis: qua illi cita prohibentur exhorreāt. ac sic peiorez atqz perituri in eadē infidelitate remaneant: intercedit apostolus: z monendo fieri vetat: quod ita licitum est vt nō expediat. Sic enim recedere ab infidelibus vxoribus vel maritis: fideles viri vel femine non prohibent a dño: vt neqz iubent Nā si dimittere tales coniuges iuberentur: nullus locus esset cōsilio monētis apostoli: ne hoc fieret. Nullo modo enim quod dominus iubet: seruus bonus fieri prohiberet. Nā qz aliquando hoc dñs per Esdrā prophetaz iussit: z factum est: dimiserunt israelite vxores alienigenas: quicunqz tunc habere potuerunt. per quas fiebat vt z ipsi ad alienos seducerētur deos. non vt ille. per maritos vero acquirerentur deo. Nondum enim tanta gratia saluatoris illuxerat. z promissis temporalib9 veteris testamēti adhec inhiabat illius populi multitudo. Et propterea: cum bona terrena. que p magno expectabant a domino: viderent etiam his abundare qui multos falsos colebant deos. Blandicijs vxoruz prius eos verebantur offendere. deinde inducebantur z colere. Unde iusserat dñs per sanctum Moysen: ne quis vxorem alienigenam duceret. Merito ergo quas duxerant: domino prohibente: dño iubente dimiserūt. Cum vero cepisset gentibus euangeliū predicari: iam coniunctos gentiles gentilibus comperit coniuges. Ex quib9 si nō ambo crederēt. sed vnus aut vna: z infidelis cum fideli consentiret habitare: nec prohiberi a dño debuit fidelis infidelē dimittere: nec iuberi. ideo scilicet nō prohiberi. quia iustitia permittit a fornicāte discedere. z infidelis hoīs fornicatio: est maior in corde. nec vera eius pudicicia cum coniuge dici pōt. qz oñe quod non est ex fide: peccatū est. quāuis verā fidelis habeat pudicitiā: etiā cum infideli coniuge que non habet verā. Ideo aūt nec inberi debuerūt fideles ab infidelib9 separari. qz non contra iussionē dñi gentiles fuerūt ambo coniuncti. Dñs ergo fidelē ab infideli discedere: nec phibet: nec iubet dñs. ideo vt non discedat: apls dicit Non dñs: habēs vticz spm̄ sanctū in quo dare posset vtile z fidele cōsiliū. Quod vticz ideo monendū: non iubendū fuit: qz non tāto pondere phibendi sunt hoies facere licita: quāuis non expediant quāto pondere phibemur illicita. Si autē alicubi apostolus: etiā illa que iubenda sunt. monere dignat: hoc fecit parcendo infirmitati: non p iudicādo iussioni. Unde si dixit: non vt confundam vos hec scribo: sed vt filios meos charissimos moneo quid habet questionis vbi non ait. Ego dico: non dñs? Jtē vbi ait. Ecce ego Paulus dico vobis: qz si circūcidamini Christus vobis nihil pderit. Nunquid etiā hic dixit. Ego dico: non dñs? Non sunt itaqz ista similia. qz etiā illa que iubet dñs: nō est indignū neqz contrariū: si eadē monet apostol9 Monemus enī quos charos habemus: vt faciāt dñi precepta vel iussa. Cū vero ait. Ego dico: non dñs: satis ostendit dñm non prohibere qō ipse p̄hibebat. Prohibuisset aūt dñs si esset illicitū. Ergo fm ea que diu supra diximus: multūqz versati mus. licitū erat per iustitiā. sed etiā licitū non erat faciendū propter liberā beniuolentiā.

t. Cor. xiii.

Sala. v.

Sanctificat9 est enī vir infidelis in muliere fideli: z sanctificata est mulier infidelis p virū fidelē. Alioqn filij vri immundi essent: nunc aūt sancti sunt.

Exlib. de sermone dñi in monte. i.

SAnctificat9 est enī (inquit) vir infidelis in vxore. z sanctificata est mulier infidelis in fratre. Credo: iā puenerat. vt nonnulle femie p viros fideles z viri p vxores fideles in fidē venirēt. Et q̄uis non dicēs nomina: exēplis tamē hortat9 est ad confirmandū consiliū suum. Deinde sequit. Alioquin filij vestri immūdi essent. nunc autem sancti sunt. Jam enim erāt paruuli xp̄iani. qui siue auctore vno ex parētib9. siue vtroqz consentiente sctificati erāt. Quod non fieret. si vno credēte dissociarek coniugiū z nō tolerarek infidelitas cōiugis vsqz ad opportunitatem credendi. Hoc est ergo cōsiliū ei9 cui credo dictū esse. si quid superogaueris rediēs reddā tibi.

Luce. x.

¶ Quod ait apls cū fideles moneret vt se ab infidelib9 cōiugibus non diuīgerēt sctificat9 est enī vir infidelis in vxore. z sctificata est mulier infidelis in fre. alioquin filij vri īmūdi essent. nunc autē scti sunt: aut sic accipiendū est: q exēpla iā pcesserāt z virop quos vxores: z femina p q̄s mariti lucrifecerāt xp̄o: z puuloz ad q̄s faciēdos xp̄ianos voluntas xp̄iana etiā vni9 parētis euicerat: aut si (qō z magl apli verba videnk sonare. z quodāmō cogere) aliq̄ illic intelligēda est sctificatio. q̄ sctificabank vir vel mulier infidel in pluge fideli. z qua scti nascebank filij fideliū. siue qz in mēstruo cruore mulieris a pcubitu ptinebat q̄cūqz vir vl femia id in lege didicerat. nā hoc Ezechiel inter illa pcepta ponit: q̄ non figurate accipiēda sūt. siue ppter aliā quālibet (q̄ ibi apte ppposita non est ex ipa necessitudine pluginop atqz filiop) sctitatis aspginē. illud tñ sine dubitatiōe tenēdū est: q̄cunqz illa sctificatio sit: non valere ad xp̄ianos faciēdos atqz ad dimittēda pcta: nisi xp̄iani z ecclastici: institutiōe sacramēti efficiank fideles. nā nec pluges ifideles (quālibet sctis z iustis pluglb9 adhereāt) ab iniqtate mūdank q̄ a regno dei sepatos: in dānationez venire ppellit. nec puuli de q̄buslibet sctis iustisqz pcreati: originaľ pcti reatu absoluunk nisi in xp̄o fuerint baptisati. pro quibus tanto impensius loq̄ debemus: quanto pro seipis minus possunt

Exlibro ad marcellinū terno.

Sāctificatio q̄dā in matrimonio fideliū

¶ Alioqn filij vestri immundi essent. nunc aūt sancti sunt. Non vniusmodi est sanctificatio. nā z cathecuminos scōm quendā modū suum per signū xp̄i: z oronē manus impositiōis /puto sanctificari

Exlibro de baptismo q̄ uuloz.

Et quod accipiũt quãuis non sit corpus xpi:sctm est tamẽ:z sanctius q̃ cibi quibus alimur. quontã sacramentũ est. Verũ z ipsos cibos / q̃bus ad necessitatẽ sustentande vite huius alimur sanctificari idẽ apostolus dixit p verbũ dei z orationẽ qua oramus vtiq; nostra corpuscula refecturi. Sicut ergo ista ciboꝝ sanctificatio non efficit vt quod in os intrauerit non in ventrẽ vadat z in secessũ mittatur per corruptionẽ /qua oĩa terrena soluunt Unde z ad aliã escam / que non corrumpitur nos dñs exhortatur. Ita sanctificatio cathecumini / si non fuerit baptisatus /non ei valet ad intrandum regnum celoꝝ:aut ad peccatorum remissionẽ. Ac per hoc z illa sanctificatio cuiuscunq; modi /quam in filijs fideliũ esse dixit apostolus:ad istam de baptismo z de peccati origine vel remissione questionem omnino non pertinet. Nam z coniuges infideles /in coniugibus fidelib⁹ sanctificari dicit. eo ipso loco ita loquens. Sanctificatur enim vir infidelis in vxore z sanctificatur mulier ifidelis in fratre .alioquin filij vestri immundi essent.nunc autẽ sancti sunt.

Ex libro ad marcellinuz tertio.

¶ Non opinor /q̃ quisq; tam infideliter intelligit: quomodolibet in his verbis intelligat /vt ob hoc existimet etiam maritum(non christianum) christianum /quia vxor eius fuerit christiana.neq; ita baptisari oportere.z ad peccatorum remissionem peruenisse.z in regnum celorum esse intraturum / quia sanctificatus dictus est in vxore.

Quod si infidelis discedit:discedat.nõ est enim seruituti subiect⁹:frater aut soror in eiusmodi.in pace autem vocauit vos deus.

Ex libro de fide operib⁹.

Hoc est vt ppter fidem xpi etiam ipa vxor legitima societate cõiuncta / sine vlla culpa relinquat.si cũ viro christiano ppter hoc q; xpian⁹ est pmãere noluerit. Eo aũt modo illã rectissime dimitti /si viro suo dicat: non ero vxor tua nisi mihi de latrocinio diuitias cõgregas.aut nisi lenocinia solita /quib⁹ nostrã domum transigebas /etiã christianus exerceas.aut si q̃d aliud vel facinorosuz vel flagitiosum in viro nouerat. quo delectata:vel libidinem explebat:vel facilẽ victum habebat:vel etiã incedebat ornatior.tunc enĩ ille /cui vxor hoc dicit /si veraciter egit penitentiam ab operibus mortuis / quando accessit ad baptismũ.habetq; in fundamento fidem que per dilectionẽ operatur . Procul dubio plus tenebit amore diuine gratie /q̃ carnis vxorie z membr; quod eum scandalisat fortiter amputat.

Ex libro ad cõsulta hyla rij.

¶ Quod si infidelis discedit:discedat. Nõ est enĩ seruituti subiectus frater aut soror in eiusmodi(id est si infidelis noluerit esse cum coniuge fideli)hic agnoscat fidelis suam libertatem: ne ita se subiectum putet seruituti / vt ipsam dimittat fidem / ne coniugem amittat infidelem.

Libertas fidelis.

Ex trac. ps. xxxiii.

¶ Diuisi a nobis nobiscum caput confitentes z a corpore separati:doleamus illos fratres tanq; nostros. Velint nolint fratres nostri sunt. Tunc esse desinent fratres nostri /si destiterit dicere. Pater noster. Dixit de quibusdam propheta. His qui dicũt vobis:nõ estis fratres nostri:dicite fratres nostri estis. Circumspicite de quibus hoc dicere potuerit. Nunquid de paganis? Non. Neq; enĩ eos dicimus fratres nostros scõm scripturas z ecclesiasticũ morem loquendi. Nunquid de iudeis qui in xpm non crediderunt? Legite apostolum. z videte quia fratres quãdo dicit apostolus sine aliquo additamento non vult intelligi nisi christianos. Non est autem subiect⁹(inquit) Frater aut soror in huiusmodi. Cum diceret de coniugio fratrem z sorore dixit christianum vel christianã. Itez dicit Tu autem /quid iudicas fratrẽ tuum. Aut. Tu q̃d spernis fratrem tuum? Et alio loco. Vos autem (inquit)iniquitatem facitis z fraudatis.z hoc fratres. Isti ergo qui dicunt. Non est; fratres nostri paganos nos dicunt. Ideo enĩ z rebaptisare nos volunt:dicentes nos non habere quod dant. Unde consequens est:error ipsorum: vt negẽt nos fratres suos esse. Sed quare nobis dixit propheta: vos dicite illis:fratres nostri estis?nisi quia nos in eis agnoscimus quod non repetim⁹. Illi ergo nõ agnoscendo baptismum nostrum negãt se fratres nos autem non repetendo ipsorum:sed agnoscendo non ipsorum:dicimus eis:fratres nostri estis.

Pagani nõ dicunt fratres nostri.

Unde enim scis mulier si virum saluz facies:aut vnde scis vir si mulierem saluz facies?nisi sicut vnicuiq; diuisit dominus. Unumquemq; sicut vocauit deus ita ambulet.

Ex libro ad pollentinũ. j.

Reddit enim rationem cur fieri non expediat:quãuis liceat. Unde enĩ scis(inquit)mulier si virum saluũ facies : aut vnde scis vir:si vxorẽ saluaz facies?cũ enĩ superius dixisset. Sanctificatus est enĩ vir infidelis in vxore.z sanctificata est mulier infidelis in fratre (id est in christiano)alioquin filij vestri (inquit)immundi essent.nunc aũt sancti sunt:sic ad lucrandos coniuges z filios christo:etiã exemplis (que iam prouenerant)videtur hortatus. Cur ergo non expediat etiam infideles coniuges dimitti a fidelibus : causa euidenter expressa est. Non enĩ propter vinculum cum talibus coniugale seruandum:sed vt acquirant xpo:recedi ab infidelibus coniugibus apostolus vetat. Multa sunt aũt facienda:non iubente lege:sed libera charitate.et ea sunt in nostris officijs gratiora. Que cum liceret nobis etiã non impendere:tamẽ causa dilectionis impẽdim⁹. Unde prior ipse dñs cum se tributum non debere demonstrasset:soluit tamẽ:ne scãdalisaret eos:quibus ad eternam salutem gerens hominem cõsulebat. Jam vero apostolus quẽadmodũ ista commendet:eius verba testant. Ubi dicit. Cum enim liber sim ex omnibus:omniũ seruũ me feci:vt plures lucrifacerem. Cum paulo superius dixisset. Nunq̃d non habemus licentiã manducãdi z bibendi? Nunq̃d non habemus licentiã sororẽ mulierẽ circumducendi:sicut z ceteri apli: z frater dñi:z cephas? An ego solus z Barnabas non habem⁹ potestatẽ non opandi? Quis militat suis stipendijs vnq̃? Quis plãtat vineã : z de fructu eius non comedit? Quis pascit gregẽ:z de lacte gregis non pcipit? Et paulo post. Si alij(inq̃t) potestatis vre participãt:non magis nos? Sz nõ sumus usi hac ptate:sed oĩa toleramus:ne q̃ impedimentũ demus euãgelio xpi. Deinde post pauca. Que igit(inq̃t) mihi merces erit: vt euãgelizãs sine sumptu ponã euãgeliũ: vt non abutar potestate mea in euãgelio? Cõtinuoq; subiungit:q̃ paulo ante cõmemorauit. Cũ enĩ liber sim ex oĩb⁹ oĩm me seruũ feci:vt plures lucrifacerem.

Expedit aliq̃n infideles cõiuges nõ dimitti.

1. Cor. ix.

1. Cor. ix.

Et sicut in omnibus ecclesijs doceo circũcisus aliquis vocat⁹ est: nõ adducat

a

preputium. In preputio aliquis vocatus est non circumcidatur . Circumcisio nihil est: ⁊ preputium nihil est. sed obseruatio mandatorum dei.

In expõe epistole ad gal.

Seruabat vtiq; q congruere videbat: siue ecclesijs gẽtium / siue iudeorum: vt nusq; auferret cõsuetudinẽ. que seruata: nõ impediebat ad obtinendũ regnũ dei. Tantũ admonens / ne quis in supfluis ponere spem salutis: etiã si consuetudinẽ in eis ꝓpter offensionẽ infirmorum custodire vellet. Hinc enĩ dicit. Circũcisus quis vocatus est: non adducat ꝑputiũ. In ꝑputio quis vocatus est: non circũcidat Circumcisio nihil est ⁊ ꝑputiũ nihil est. sed obseruatio mandatorum dei.

Mõ est i supfluis ponẽda spes

Unusquisq; in qua vocatione vocat⁹ ẽ: in ea pmaneat. Seruus vocatus es: nõ sit tibi cure. Sed ⁊ si potes fieri liber: magis vtere. Qui enĩ in dño vocatus ẽ seruus: libertus est dñi. Similiter qui liber vocatus est: seruus est xpi. Precio empti estis: nolite fieri serui hominum. Unusquisq; ergo in quo vocatus est frater: in hoc permaneat apud deum.

Itẽ in eadẽ. cõsuetudo

Hoc enĩ ad eas cõsuetudines vel conditiones vite retulit que nihil obsunt fidei bonisq; moribꝰ. Non enĩ / si etiã latro erat quisq; cũ vocatus est: debet in latrocinio permanere.

De virginibus aũt preceptum dñi non habeo: consilium aũt do: tãq; misericordiam cõsecutus a dño vt sim fidelis.

Ex libro ad pollẽtiũ. j.

H

Non vt hoc / cõsiliũ alienũ existimemus a dño. Cum cõtinuo sequat ⁊ dicat: tanq; misericordiã consecutus a dño: vt fidelis essem. Scõm ergo deũ dat cõsiliũ fidele: in eo spiritu de quo ait. Puto autẽ q ⁊ ego spiritũ dei habeo. Verũtamẽ aliud est dñi iubentis imperiũ: aliud conserui scõm misericordiã charitatis (que illi est a dño inspirata atq; donata) fidele cõsiliũ. Ibi aliud facere nõ licet. hic aũt licet. Ita sane / vt ipm licitũ partim quidẽ expediat. partim vero non expediat. Expedit tunc / quãdo non solum p iustitiã / que coram deo est / permittit. sed etiam hominibus nullũ ex hoc impedimentũ salutis infertur. Velut cum dat cõsilium non nubẽdi apostolus virginibus: vnde ꝑceptũ dñi se non habere testatur: licet aliud facere. id est nubere. Et minꝰ quidẽ continentie bonũ tamen tenere nuptiarum: ipsumq; licitũ etiam expedit. quoniã in vetita ⁊ illicita ruituram dico carnis infirmitatem: sic excipit honestate nubendi: vt neminem cogat. cũjus expediret / magisq; honestũ esset: si virgo consiliũ / quo preceptum eam non compellit: arriperet. Tunc autẽ non expedit id quod licitũ est / quando pmittitur quidẽ. sed vsus ipsi⁹ potestat⁊ alijs infert impedimentum salutis. sicut est discessio coniugis fidelis ab infideli. quã non prohibet dñs precepto legis. quia coram illo iniusta non est: sed prohibet apostolus consilio charitatis. quia infidelibus affert impedimentũ salutis: non solum quia pernicioſissime scandalisant offensi: verum etiam quia in alia coniugia cum ceciderint: viuentibus eis a q̃bus dimittunt: adulterinis nexibus colligati: difficillime resoluuntur.

Q̃ qõ licitũ est ñ expedit.

Discedẽs infidelis a fideli non põt alterã ducere.

Maior amor / imposuit maius onus virginib⁹ Quod licebat noluerũt: vt plus placerent ei cui se deuouerunt. Ambierunt illam maiorem pulchritudinem cordis sui. Quid iubes. tãq; dicerent q̃d iubes. ne adultere simus: hoc precipis? Amando te: plus facimus q̃ iubes. De virginibus ait apostolus. Preceptum domini nõ habeo. Ergo hoc quare faciunt? Consilium aũt do. Ille autem amãtes / quibus terrene nuptie viluerunt. que terrẽos amplexus non desiderauerunt: vsq; adeo acceptauerunt preceptum: vt non recusarent consilium. vt plus placerẽt: plus se ornauerũt. Corporis enĩ huius (id est exteriorꝭ hominis ornamenta) quãto amplius appetantur tanto sunt interioris maiora detrimenta. quanto autem minus appetunt ornamenta exteriorꝭ hominis: tanto magis moribus pulchris / homo interior adornatur. Unde dicit apostolus. Ornantes se: non in tortis crinib⁹ Cum enĩ dixisset. Ornantes se: quid aliud a carnalibus / q̃ visibilia ista ornamenta putarent continuo tulit cogitationi / quod cupiditas inquirebat Non (inquit) in tortis crinibus. neq; auro vel margaritis / vel veste preciosa: sed ille absconditꝰ cordis homo / qui est ante deum dives. Neq; enĩ deus diuitias daret exteriori homini / ⁊ inopem relinqueret interiorem. Dedit inuisibili diuitias inuisibiles ⁊ inuisibilem ornauit inuisibiliter. His ornamentis studentes dei puelle sancte virgines: nec qõ licebat appetiuerũt: nec quod cogebantur consenserunt. Multe enim etiam parentum suoꝝ contrarios conatus / ignite superno amore superauerunt. Iratus est pater. plorauit mater. Non curauit illa cui ante oculos versabatur speciosus forma pre filijs hominum. Ei quippe se ornari desiderauit: vt tota / eius curam gereret. Quia que nupta est / cogitat que sunt mundi quomodo placeat viro. Que aũt innupta est / cogitat que sunt dei q̃modo placeat deo. Videte quid sit amare. Mõ dixit. Cogitat ne damnet a deo. Adhuc enim iste timor seruilis est. Custos quidem malorum: vt abstineant a malis: ⁊ abstinendo digni sint ad se admittere charitatem. Sed ille non cogitant quemadmodũ non puniantur a deo: sed quomodo placeant deo: pulchritudie interiore: decore occulti hominis: decore cordis: vbi illius oculis nude sunt. Nude intus non foris. Integre ⁊ int⁹ ⁊ foris. Vel virgines doceant coniugatos ⁊ coniugatas non ire in adulteriũ. Illi faciunt plus q̃ licet. Iste non faciunt quod licet.

Ex ornãe de verbis apli. lxxxii.

Appetitus ornamẽti corpis est detrimẽtũ interioris hominis.

i. Thimo. ii.

Inuisibiles aie diuicie ⁊ ornat⁹ sunt inuisibiles.

ꝑ. xliii.

Timor ser vil' custos malorꝝ pre parat ad charitatẽ.

Misericordiam (inquit) consecutus sum vt fidelis essem. Non ait: quia fidelis eram. Fideli ergo datur quidem. sed data est etiam vt esset fidelis.

Ex libro de ꝑ destinatione sanctorũ.

Quattuor enim retributiones sunt. Aut mala pro malis retribuuntur. sicut deus ignem eternũ retributurus est impijs. aut bona pro bonis. sicut regnum eternum retributurus est iustis. aut bona pro malis. sicut christ⁹ p gratiam iustificat impiũ. aut mala pro bonis: sicut iudas per malitiam persecutus est xpm. Hax quattuor retributionũ: due priores pertinent ad iustitiam: vt retribuãtur mala pro malis: bona p bonis. tertia pertinet ad misericordiam: vt retribuantur bona pro malis. q̃rtã deus nescit. Nulli enim malus pro bono retribuit. Hec autem: quam tertio loco posui imprimis est necessaria. Nisi enim deus retribueret bona pro malis: nullo mõ essent q̃bus retribueret bona p bonis. Vide illũ Saulũ postea Paulũ. nõ ex opib⁹.

Extrac. ꝑti. cxviii.

Quattuor gña retrib̃utionum

(inquit) iustitie que fecimus nos: sed ꝓm suā miserícordiā saluos nos fecit/ꝑ lauacrū regenerationis. Et itez. Qui ꝑi⁹ fui blasphem⁹ ⁊ pſecutor et iniurioſus: ſed miſericordiā pſecut⁹ ſum. qz ignoras feci in incredulitate mea. Et itez. pſiliū autez do/tanꝫ miſericordiā pſecutus a dño: vt fidel⁹ eſſem. Hoc eſt: vt viuerē. qz iuſt⁹ ex fide viuit. Mortuus ꝯ erat ꝑius ꝑ ſuā iniuſtitiā/anteꝫ viueret ꝑ dei gram. Iam pro ro ſuā mortē ſic cōfitet: aduenīente aūt (inquit) mandato/pctm̄ reuixit. ego autē mortu⁹ ſum. ⁊ inuentū eſt mihi mādatū qđ erat i vitā: hoc eſſe in mortē. Retribuit ꝯ illi de⁹ bonū ꝑ malo. hoc eſt vitam ꝑ morte.

Titum. iii.

i. Thimo. i.

Roma. i.

Roma. vii.

Exiſtimo ergo hoc bonū eſſe ꝑpter inſtantē neceſſitatē: quoniam bonū eſt homini ſic eſſe.

Ex trac. ꝑſi. cxlvii.

Securi in voluptatibus male habebūt i iudicio.

DIcit nobis euāgeliū. Obſeruate nouiſſimū diē venturū. Diem aduentus filij hoīs. qz illos male inuentur⁹ eſt/q̄ mō ſecuri ſūt: ideo/qz puerſe ſecuri ſūt. Securi ſunt enī in voluptatib⁹ ſcl̄i/cum deberēt eſſe ſecuri: domitis cupiditatib⁹ ſeculi. Jā vtiqꝫ illi vte nos ꝑparauit apl⁹s in his verbis.

Ex lib. de genes ad ſam. nono.

Pia virginitas magnū habet meritum.

CMañ enī magnū: magniqꝫ honoris meritū apud deū fidelis ⁊ pia virginitas habet: niſi qz iſto iam tpe ꝓtinendi ab amplexu/cum oībus gentibus ad implendū ſctōꝫ numeꝝ largiſſima ſuppetat copia ꝓcipiende ſordide voluptatis libido non ſibi vindicat/qđ iā ſufficiēde plis neceſſitudo nō poſtulat

Alligatus es vxori: noli querere ſolutionē. Solutus es ab vxore: noli querere vxorē. Si aūt acceperis vxorem: non peccaſti. ⁊ ſi nupſerit virgo: non peccauit. Tribulationē tamen carnis habebunt huiuſmodi. Ego aūt vobis parco

Ex libro ad pollētium.

CNihil ꝯ expedit qđ illicitū eſt ⁊ nihil qđ ꝓhibet dñs licitū eſt. Que aūt nullo ꝓſtringētis dñi imperio in poteſtate dimiſſa ſunt: in his audiat apl⁹s in ſpū ſctō monēs ⁊ cōſulēs: vt vel meliora capiantur vel ea q̄ non expediūt caueant. Ibi audiat: dicens. Preceptū dñi non habeo. cōſiliū aūt do. Et ego dico non dñs. Ibi. ſi melioza elegerit. Qui audit. Solut⁹ es ab vxore: non q̄rat vxorē. Quia ⁊ ſi accepit vxorē: non peccat. Ibi virgo non nubat. Qui aūt nō dat nuptū meli⁹ facit: ⁊ q̄ dat nuptū bñ facit. ibi. Mulier ſit mulier ſic pmanendo. q̄ mortuo viro ſuo: in poteſtate habet cui vult nubere in dño

Hoc itaqꝫ dico fratres: tempus breue ē Reliquū eſt vt ⁊ qui habent vxores tanꝫ non habentes ſint. ⁊ qui flēt tanꝫ nō flentes. Et qui gaudent: tanꝫ non gaudētes. ⁊ qui emūt. tanꝫ nō poſſidentes ⁊ qui vtuntur hoc mūdo: tanꝫ nō vtant

Ex tractatu. ꝑſi. cxlvii.

Seculariſ leticia temperāda eſt ſpiritali timore.

QUi gaudiū totum ſuū. totam felicitatē ſuā/conſtituit in māducādo ⁊ bibendo vxorem ducendo: emendo: vendendo: vtendo mundo iſto: ſine ſollicitudine ē talis: ſed ꝓter archam ve illi a diluuio. Quiſquis aūt ſiue manducat ſiue bibit/ſiue aliud quid agit: oīa in glozā dei facit. ⁊ ſi aliqua triſtitia eſt de rebus ſecularibus: ſic flet/vt intus ſpe gaudeat. et ſi aliqua letitia eſt in rebus ſecularibus: ſic gaudet vt ⁊ intus ſpiritaliter timeat. nec donet ſe corrumpendum felicitati: nec ſe dat aduerſitati frangendum. Hoc eſt enī flere tanꝫ non flentē ⁊ gaudere tanꝫ non gaudentē. Quiſquis ⁊ ſi habet vxorem eiuſq̄ infirmitati compatiens/reddit (nō exigit) debitum. aut ſi ꝓpter ꝓpriam infirmitatē duxit vxorem/plangens potius q̄ ſine vxore eſſe non potuit/ꝫ gaudēs q̄ duxit. Quiſquis/vendit quod nouit. q̄ et ſi māeret beatū nō faceret. Quiſquis/quod emit nouit q̄ tranſiet: ⁊ de iſs oīmbus: ⁊ ſi abundantibus: et ſi circumfluentibus: non ꝑſumit: facitqꝫ ex eo quod habet/miſericordiā cum eo qui non habet. vt ⁊ ipe accipiat ab illo qui oīa habet: quiſq̄s talis eſt ſecur⁹ expectat diē nouiſſimū. Non ergo timeat venturū diem: ſed ſperet et deſideret. Non enī veniet illi ad inferēdas penas ſed ad finiendas moleſtias.

Quid ſit flere tanꝫ nō flētem.

CBeatiora ſane cōiugia iudicāda ſunt/q̄ ſiue ſi liis ꝓcreatis/ſiue etiā iſta terrena/ple contempta ptinentiā inter ſe pari cōſenſu ſeruare potuerit: q̄ neqꝫ ꝓtra illud ꝓceptū fit/quo dñs dimitti cōiugē vetat. non enī dimittit q̄ cum ea non carnalit/ſz ſpiritaliter viuit. ⁊ illud ſeruat quod ꝑ apoſtolū dicit Reliquū eſt vt q̄ habēt vxores/tanꝫ non habentes ſint.

Ex libro de ſmōe dñi in monte. ſ.

CSi vir fortis es/vince cupiditates/quib⁹ iſte diligit mundus. Ora fortiter. ⁊ dic deo qđ habes in pſalmo. De neceſſitatib⁹ meis erue me: ipe te exaudiet. vt interiores ⁊ inuiſibiles hoſtes. i. ipas cupiditates inuiſibilit ⁊ ſpiritaliter vincas. ⁊ ſic vtaris hoc mūdo tanꝫ non vtēs: vt ex bonis eius bona facias. non mal⁹ fias. Quia ⁊ ipa bona ſunt: nec dant hoibus niſi ab illo q̄ habet oīa celeſtiū ⁊ terreſtriū poteſtatē. Sed ne putent mala: dant ⁊ bonis. ne putent magna vel ſūma bona/dant ⁊ maliſ Jtēqꝫ auferunt iſta ⁊ bonis vt ꝑbent ⁊ mal⁹ vt crucient. Quis enī neſciat q̄s ita ſit ſtultus: vt non videat q̄ ſalus bui⁹ mortalis corpis ⁊ membroꝝ corruptibiliū virtus ⁊ victoria de hoibus inimicis/⁊ honor atqꝫ potētia tpalis ⁊ cetera iſtiuſmodi bona terrena: ⁊ bonis dent ⁊ malis? Et bonis auferent ⁊ malis: ſalus vero aie cum imortalitate corpis. Virtusqꝫ iuſtitie ⁊ victoria de cupiditatib⁹ inimicis/⁊ gl'a ⁊ honor ⁊ pax in eternū/non dent niſi bonis? Jſta ꝯ dilige. Jſta cōcupiſce. Jſta modis oībus q̄re. Propter hec acquirēda ⁊ obtinenda facelemoſynas. funde oronēs. exerce ieiunia/ꝫ tū ſine leſione tui corpis potes. Bona vero illa terrena noli diligere. quātalibet tibi abundent. ſic eius vtere: vt bona multa ex illis/nullum autem malū facias ꝑpter illa. Oīa quippe talia peribunt. ſed bona opera non pereūt. etiā que de bonis pereūtibus fiunt.

Exp̄ſa ad bonifaciū comitē. ſ. pſ. xxxiii.

Quare bona tēpora lia dantur tam bonis ꝫ malis ſimiliter auferuntur.

Preterit enī figura huius mūdi. Volo aūt vos ſine ſollicitudine eſſe. Qui ſine vxore eſt: ſollicitus eſt que dñi ſunt quō placeat deo. Qui aūt cum vxore eſt ſollicit⁹ eſt que ſunt mūdi. quō placeat vxori: et diuiſus eſt.

Quo vtenduz ſit bonis tēporalibus.

DEracto q̄ppe iudicio/tunc eſſe deſinet hoc celū ⁊ hec terra: q̄ incipiet eē celū nouū ⁊ terra noua. Mutatiōe nāqꝫ rex non omnimodo interitu trāſibit ꝫ mūdus. Añ ⁊ apl⁹s dicit. Preterit enī figura bui⁹ mūdi. Volo aūt vos ſine ſollicitudie eſſe. Figura ꝯ ꝑterit: non natura. Judicatis quippe iſs: q̄ non ſunt ſcripti in libro vite: ⁊ in eternū ignē miſſis: tunc fi-

Ex libro de ciuitate dei. xx Apoca. xxi

gura hui⁹ mūdi mūdanoꝝ ignīū conflagratiōe p-
terībit. sicut factū est (mundanaꝝ aquaꝝ inundati
one) diluuiū. Illa vticꝫ (vt dixi) pflagratiōe mun
dana: elementoꝝ corruptibiliū q̄litates (q̄ corpi-
bus nr̄is corruptibilib⁹ cōgruebāt) ardendo peni
tus interībūt. atcꝫ ipa substātia eas q̄litates habe
bit q̄ corporibus imortalib⁹ mirabili mutatiōe cō-
uenīāt: vt scz mund⁹ in melius innouat⁹: apte ac-
cōmodet hoībus: etiā in meli⁹ carne innouatis.

Et mulier innupta ⁊ virgo: cogitat que dñi sunt. vt sit sancta corpe ⁊ spū: que au tem nupta est: cogitat que sunt mundi quomodo placeat viro.

Ex libro de sancta viduitate ad iulianam.

Sanctificato spiritu non pōt corpus nō esse sanctū

1. petri. iii.

1. Cor. vi.

QUod de innuptis dixit (vt sit sctā corpe ⁊ spū) non sic accipiēdū est q̄si nup ta fidelis ⁊ casta ⁊ scōz scripturas subdita viro. non sit sctā ⁊ corpe: sed tātūmodo spū. Fieri enī non pōt: vt sctificato spū: non sctm̄ sit etiā corpus: q̄ sctificat⁹ vtiq̄ spūs. Sed ne cuiq̄ nos potius argumētari: q̄ hoc diuīo eloq̄o pbare videamur (qm̄ Petr⁹ Sarā cōmemoratu-rus: sancte (inquit) mulieres tātūmodo non ait et corpe) illud eiusdē paul⁹ pponderem⁹. vbi pbibens fornicatiōes ait. Nescitis: q⁹ corpa vestra mēbra sunt xp̄i? Tollēs ergo mēbra xp̄i: factā mēbra me retricis? Absit. Ergo audeat aliq̄s dicere membra xp̄i sctā non esse? Aut vero audeat a mēbris xp̄i: fi deliū coniugataꝝ corpa separe? Uñ etiam paulo post ait. Corpus vestꝝ templū in vob est spūs sancti: quē habetis a deo. ⁊ non estis vr̄i. Empti enim estis pcio magno. Corpus fideliū: ⁊ membra xp̄i esse dixit: ⁊ scti spūs tēplū. vbi pfecto vtriusq̄ sexus fideles intelligunt. Ibi ergo sunt nupte. ibi innupte. sed distincte meritis. ⁊ tanq̄ mēbris mēbra plata. quoꝝ tū neutra sunt a corpe separata. De innuptis itaq̄ loquēs (vt sit sctā corpe ⁊ spū) amplior innuptaꝝ ⁊ in corpe ⁊ in spū sanctificatiōne intelligi voluit: non corp⁹ nuptiaꝝ oīm sctificatione puauit. Disce itaq̄ bonū tuum. Immo memēto q̄ didicisti bonū tuum plus laudari (q⁹ est aliud bonū quo sit hoc melius) q̄ si aliter hoc bonum esse non posset: nisi illud malū esset: aut oīno non esset.

Mēbra se inuicē honorant.

Habēt oculi in corpe magnū honorē. sed minorē haberēt si soli essent ⁊ alia minoris honoris membra non essent. In celo ipo: sua luce sol lunā supat: non vitupat: ⁊ stella a stella differt in gloria: nō dissidet in supbia. Ideo fecit de⁹ oīa. ⁊ ecce bona valde. non ob aliud: nisi q⁹ oīa. Nam ⁊ p singula opa dicebat. Uidit de⁹ q⁹ bonū est. vbi aūt oīa nomina ta sunt: additū est: valde: ⁊ dictū est. vidit de⁹ oīa q̄ fecit: ⁊ ecce bona valde. Mēbra enī quedā meliora singula: q̄ alia singula. sed meliora simul oīa: q̄ quelibet singula. Xp̄i itaq̄ doctrina sana: in eiꝰ corpe sanā te faciat p eius gr̄az. Ut id q̄ aliis melius habes in corpe ⁊ spū: idē ipse spūs tuus q̄ corpori dñak nec extollat insolent / nec discernat insci enter.

Gene. i.

Ex eodē lib.

Que innupta est (inqt) sollicita est ea q̄ sunt dñi vt sit sctā ⁊ corpe ⁊ spū: que aūt nupta est: sollicita est q̄ sunt mūdi: quō placeat viro. Non ait: sollicita est q̄ sunt mūdi vt sctā non sit. sed certe minor est diuina sctitas ex ea pte curaꝝ qua mūdana cogitat voluptas. Quicq̄d itaq̄ intētionis animi etiā in his reb⁹ impenderet q̄bus placendū esset viro: colligere quodāmō ⁊ redigere debet innupta xp̄iana in eam intentionē qua placendum est dño. ⁊ vide cui placeat: q̄ dño placet. ⁊ vticꝫ tanto est beatior q̄n-

Tanto q̄s est beatior q̄to plus placz deo.

to ei plus placet. Quanto aūt magis cogitat ea q̄ sunt mūdi: tāto min⁹ placet. Placete itaq̄: tota intentiōe speciosо forma p filijs hoīm. Eius enim g̃ tia illi placetis: q̄ diffusa est in labijs eius. Placete illi / ea q̄z pte cogitationis / q̄ occupare et mundo vt placeret viro. Placete illi q̄ displicuit mundo. vt placētes ei liberemini ex mūdo. Hunc enī speciosum forma p filijs hoīm / viderunt hoies in cruce passionis. ⁊ non habuit speciē nec decorē. sed facies ei⁹ abiecta: ⁊ deformis positio eius. Ex hac tñ deformitate redēptoris nr̄i: manauit pciū decoris vr̄i: sed decoris interioris. oīs enī pulchritudo filie regis / intrinsec⁹. Hac pulchritudine illi placete. Hāc pulchritudinē studiosa cura ⁊ sollicita cogitatiōe cōponite. Non amat ille fallatiaꝝ fucos. Ueris veritas delectat. ⁊ ille (si q̄ legistis cognoscit) veritas vocat. Ego sum (inqt) via ⁊ veritas ⁊ vita. Currite ad illū p illum. Placete illi ex illo. Uiuite i illo. cū illo. de illo. Affectib⁹ veris ⁊ sanctissima castitate: a viro tali / amate amari.

Ex deformitate redēptoris manauit decor aiarum.

Cōtra fucos mulierum.

Johā. xiiii.

Porro hoc ad vtilitatē vestrā dico: non vt laqueū vobis iniiciā: sz in id quod honestū est: ⁊ quod facultatē prebeat sine impedimēto dñm obsecrandi.

NOn q⁹ innuptaꝝ bonū honestum dixit: ideo putare debem⁹ turpe esse vinculū pjugale. Alioquin etiā primas nuptias pdēnabim⁹ quas nec cathafryges: nec nouatiani. nec disertissim⁹ eoꝝ astipulator tertullian⁹ / turpes ausus est dicere: sed quēadmodū cum ait. Dico aūt innupt⁹ ⁊ viduis bonū esse illis si sic pmanserint. vticꝫ bonū p meliore posuit. q̄m oīe quod bono cōparatū melius dicit: etiā hoc p culdubio bonū est. Nā quid est aliud q̄ ita dicit melius / nisi q̄ magis bonū est? Nec ideo cōsequēter eum sensisse arbitramur malū esse si nupserint q̄m dixit bonū esse illis si sic pmānserint. ita etiā cuz ait. sed ad id q̄ honestū est / non matrimoniū turpe esse mōstrauit: sed q̄ honesto erat honesti⁹ / generalis honesti noīe cōmendauit. q⁹ honesti⁹ q̄d ē nisi q̄ magis honestū est? magis aūt honestū vticꝫ honestū est. apte quippe declarauit hoc esse illo bono melius vbi ait. q̄ dat nuptā bene facit. ⁊ q̄ non dat meli⁹ facit. ⁊ hoc illo beato beati⁹ / vbi ait. Beatior aūt erit si sic pmānserit. Sicut g̃ bono melius. ⁊ beato beati⁹: sic honesto honesti⁹ est / q̄ honestū voluit appellare. Absit: ei vt turpe sit. Uñ loquēs btūs petrus apl's / ait. Uiri vxoribus vestris tāq̄ vasi infirmiori ⁊ subiecto / tribuite honorē q̄si coheredib⁹ gr̃e. ⁊ illas alloquens / subditas esse vir⁹ suis exēplo sare adhortat. Nā sic q̄dā (inquit) sctē mulieres q̄ in deū sperabant / ornabāt se: obsequētes viris suis: quō Sara obediebat Abrahe: dñm illū vocans. Cui⁹ facte estis filie benefacientes. ⁊ non timētes vllam perturbationem.

Ex lib. ō sancta viduitate ad iulianā.

Tertullianus astipulatoꝝ nouatianoꝝ.

Ostendit honestū esse vinculū cōiugale.

1. petri. iii.

Si quis aūt turpem se videri existimat sup virgine sua q⁹ sit superadulta: et ita oportet fieri: quod vult faciat. non peccat si nubat.

SI se non ptinet / nubat. Hac itaq̄ cōdictione non ptinere pmittit: vt tñ nubat Si ergo elegerit nubere / cogi non pōt cōtinere. Sic g̃ ista incōtinens cōpellit nubere: vt possit quod non continet non esse damnabile.

Ex libro ad pollentium.

Ex lib. ad iulianā de sancta viduitate

Nuptiaꝝ igit bonū / semp est quidē bonū. Sed

A

in populo dei fuit aliquādo legis obsequiuz: nunc est infirmitatis remediū. in quibusdam humanitatis solatiū. Filiorū quippe procreationi operā dare. nō canino more per vsum promiscuū feminarū sed honesto ordine pugali. non est in homine improbandus affectus etiā. ipm tamen laudabilius transcendit et vincit celestia cogitans anim9 xpiānus. Sz quoniā: sicut ait dñs: nō oms capiunt verbum hoc. que pōt capere capiat. que se non ptinet nubat. que non cepit deliberet. que aggressa est p seueret. nulla aduersario detur occasio. nulla christo subtrahatur oblatio.

Ruptie sunt in remediū cānine infirmitatis.

Matth. xix.

Qui statuit in corde suo firmus. nō habens necessitatē. potestatem autē habet sue volūtatis. et hoc iudicauit in corde suo seruare virginem suā: bene facit.

Ex lib. qstionum numeri titulo. lviii.

VIdetur aplus de patre loqui cuz dicit Seruet virginē suam. et det nuptuz virginē suam. et cetera hoc modo. Ubi nō nulli intellexerūt virginem suaz. virginitatē suam. Nulla tamē hoc simili scripturarum locutione demonstrāt cum sit inusitatissima

Ex lib. de doctrina xpiana.

CSepe autē accidit vt quisqs in meliore gradu spiritalis vite vel est vel esse se putat: figurate dicta esse arbitret que in inferioribus gradibus precipiūtur. vt (verbi gratia) si celibē amplex9 ē vitā et se castrauit propter regnū celoruz: quicquid de vxore diligendaz et regēda sancti libri precipiūt: nō propie: sed trāslate accipi oportere cōtendat. Et quisquis statuit seruare innuptā virginē suam: tā ꝯ figuratā locutionē conet interpretari. qz dictum est. Trade filiā tuā: et grande opus pfeceris. Erit igitur etiā hoc in obseruationib9 intelligendarum scripturaz: vt sciamus alia omnib9 cōmuniter precipi: alia singulis quibusqz generib9 psonarum. vt non solū ad vniuersum statum valitudinis: sed et ad suam cuiusqz membri ppriam infirmitatē medicina ptineat. In suo quippe genere curandū est quod ad melius genus nō potest erigi.

B Eccle. vii.

Alia oībus cōiter pcipiunt alia singul' generibus.

Igitur et qui matrimonio iūgit virginē suā benefacit. et qui non iūgit melius facit

Ex lib. ad pollentium.

IN his duabus causis vna de nubendo vel nōnubendo altera de infideli coniuge dimittēdo vel nō dimittendo: aliqd simile est in verbis aplī aliquid dissimile. Simile quidē illud qō et ibi dicit. Preceptū dñi nō habeo: cōsiliū autē do. Et hic dicit. Ego dico. non dñs. Quale est enī pceptuz domini nō habeo tale est. Nō dicit dñs. et quale est psiliū do: tale est. Ego dico. Illud aūt dissimile est. qz de nubendo et nō nubendo pōt dici hoc bene fieri: illud melius Qm vtrūqz expedit. min9 hoc. mai9 illud. At vero de cōiuge infideli dimittēdo: vel nō dimittēdo: qm vnū horū non expedit: aliud expedit dici nō oportet: qui dimittit bene facit: et qui nō dimittit meli9 facit: sz dici oportet. Non dimittat. et non dimittat quiaz si licet nō expedit. Sic ergo possum9 dicere. Melius eē infidelē iugem nō dimittere ꝯuis liceat et dimittere: quēadmodū recte dicim9 meli9 eē qō et licet et expedit: ꝯ id qō licet nec expedit.

Ex lib. de bono ptisimo quuz loruz.

CSicut aūt bono male vti: maluz est: sic malo bene vti bonū est. Duo igitur hec bonū et malum et alia duo vsus bonus et vsus malus sibimet adiuncta: quattuor differentias facīt. Bene vtitur bono: ptinentiam dedicans deo. Male vtitur bono continentiā dedicans idolo. Male vtitur malo cōcupiscentiam relaxans adulterio. Bene vtitur malo pcupiscentiā restringēs connubio. Sicut ergo melius est bene vti bono: ꝯ bene vti malo cum sit vtrunqz bonū. Ita qui dat nuptum virginē suam bene facit. et qui nō dat nuptum melius facit.

C

Mulier alligata est ꝯto tempore vir eius viuit. ꝙ si dormierit vir eius liberata est. cui vult nubat tantum in domino beatior autem erit si sic permāserit secūdum meum consilium.

Ex lib. de sancta viduitate

QUod non simulandi versutia faciebat sed compatiendi misericordia (idest nō quasi vt se fingeret iudeum / sicut nonnulli putauerunt. quia legitima veteraber olim obseruauit) Fecit enim hoc secūdū liberam / manifestamq; sententiā suā. in qua dicit. Circūcisus quis vocatus est / non adducat p̄putium. idest non sic viuat quasi p̄putium adduxerit: sicut alio loco dicit. Circūcisio tua p̄putium facta est. Secūdum hanc ergo sententiā suā / qua dicit. Circūcisus quis vocatus est: nō adducat p̄putium. In p̄putio quis vocatus est: nō circuncidat: fecit illa que nō intelligētibus et parum attendentibus finxisse putatus est. Iudeus enī erat. et circūcisus vocatus / noluit adducere p̄putiū (idest noluit ita viuere ac si circūcisus nō esset) Hoc enī iam in potestate habebat. et sub lege quidem non erat sicut illi qui eam seruiliter opabantur. sed tamen in lege dei et christi. Non enī alia erat lex illa et alia lex dei. sicut perditi manichei solent dicere. Alioquin si (cū illa fecit) finxisse putandus est: finxit et paganū et sacrificauit idolis. quia dicit factū se fuisse ijs q̄ sine lege sunt quasi sine lege. quos vtiq; nō nisi gētiles (quos paganos dicimus) voluit intelligi. Aliud ergo est esse sub lege. aliud in lege. aliud sine lege. Sub lege / Carnales iudei. In lege / spiritales iudei t xpiani. Unde illi seruauerūt morem illū patriū. sed onera insolita / credētibus gentibus / nō imposuerūt. Et ideo nec illi circūcisi adduxerunt p̄putiū. nec isti p̄puciati circūcisi sunt Sine lege autē gentes / q̄ nondū crediderūt. q̄bus tamē se ap̄lus cōgruisse testatur p misericordē cōpassionē. non p versipellē simulationē (idest vt eo modo subuenirent t carnali iudeo vel pagano / quo modo fibi ipe si hoc esset subuenīri voluisset) portans vtiq; eor infirmitatē in cōpassionis similitudine. nō fallēs in mendatij fictione. Sicut cōtinuo sequitur et dicit.

Manichei negāt legē veterē esse legē dei.

Aliud ē esse sub lege aliud in lege aliud sine lege.

Factus sum infirmis infirmus vt infirmos lucrifacerē. Omnibus oia factus sum: vt oēs facerē saluos. Omnia aūt facio p̄propter euāgeliū: vt particeps eius efficiar.

HInc enī loq̄bat. vt etiā illa oia diceret. Sicut ergo q̄ fact⁹ est infirmis infirm⁹ / nō erat mendatiū: sic et cetera illa superius. Quā enī dicit infirmitatē suā erga infirmos fuisse: nisi cōpatiēdi eis? Intantū / vt ne videret vēditor euāgelij / et verbi dei cursum / apō imperitos in malā suspitionē decidēs impediret: nollet accipere quod ei iure dñico debebat? Quod si vellet nō vtiq; mentiret. q̄ a vere debebat. Et q̄a noluit: nō vtiq; mentitus est. Neq; enī dixit nō sibi deberi sed deberi oīdit. t debito se vsū nō esse. nec oīno vti velle p̄fessus est. Eo ipo fact⁹ infirm⁹: quo potestate sua vti noluit: tā misericordi scilicet indutus affectu / vt cogitaret quēadmodū secū agi vellet si et ipe ita infirmaret / vt posset de illis p quos sibi euangeliū p̄dicaret si eos videret / sumptus accipere. quasi mercimonior nundinas suspicari. Hic fortassis aliquis dicat: si corporale opus operabat ap̄lus / vnde vitā istā sustentaret: quod erat illud opus? Et quādo ei vacabat? et operari? et euāgeliū p̄dicare? Cui respōdeo. Puta me nescire. Corporaliter tamen operatū esse / et inde in carne vixisse / nō vtentē potestate quā dns apostolis dederat vt euangeliū annunciās / de euangelio viueret: ea que suprādicta sūt sine vlla dubitatione testātur. Unū scio: quia nec furta faciebat: nec effractor aut latro erat: nec auriga aut venator: nec hystrio: nec turpilucrus. sed innocenter et honeste q̄ apta sūt hūanis vsibus operabat. sicut sese habēt opera fabrorū / sutorū / structorū rusticorū / et his similia. Neq; enī honestas ipa / reprehendit: qō reprehendit supbia eorū / qui honesti vocari amant: sed esse nō amant. Nō igitur dedignaret apostol⁹ siue rusticanū aliquod opus aggredi: siue in optimi cum labore versari. Qui enī ait / sine offensiōe esto te iudeis et grecis / et ecclesie dei: quos in hac causa reuereri posset / ignoro. Si iudeos dixerint: patriarche pecora pauerūt. Si grecos (quos etiā paganos dicimus) etiā philosophos / multū sibi honorabiles sutores habuerūt. Si eccl'am dei homo ille iustus et ad testimoniū coniugalis semp mansure virginitatis / electus (Cui despōsata erat virgo maria / que peperit christū) faber fuit. Quicq̄d eorū ergo cū innocētia et sine fraude homies operantur bonū est. Nam p̄cauet hoc et ipse apostol⁹ ne quisq; ex necessitate sustētāde vite in mala opera delabat. Qui furabat (inquit) Jam nō furetur magis aūt laboret manibus suis bonū. vt habeat vnde tribuat / cui opus est. Hoc ergo scire sufficit. quia t in ipo opere corporali id quod bonū est operabatur ap̄lus. Quādo autē soleret operari (idest q̄bus tempor spatijs / ne ab euangelizādo impediretur) quis possit comphendere? Sane / quia et diurnis et nocturnis horis operabat: ipse nō tacuit. Mirandam itaq; rem fecit apostolus. qui reuera in tanta sollicitudine omniū ecclesiar / et propagatarum et propagandarū ad eius curam / laborem q; pertinentium: etiam manibus operabatur.

De corporali opere beati pauli.

¶ Quomodo autem ei vacaret operari manibus suis: nisi ad erogandum verbum dei / certa tēpora constitueret. Neq; enim et hoc deus latere nos voluit. Nam et cuius artis opifex fuerit / et quib⁹ tēporibus vacaret dispensando euāgelio: sancta scriptura non tacuit. Nam cum dies profectionis vrgeret (in troade cōstitutū etiā t mane sabbati congregatis fratribus ad frangendum panem) tanta fuit intentio / et tā necessaria disputatio vt sermo p̄duceretur vsq; ad medium noctis. tanq; excidisset eis q̄ eo die non esset ieiunium. Quando autē in alio loco immorat⁹ quotidie disputabat: quis dubitauerit horas eum diei habuisse ad hoc officium deputatas? Nanq; apud athenas cum esset (quia studiosissimos rerum inquisitores inuenerat) ita de illo scriptum est. Disputabat igitur cū iudeis in sinagoga et gentibus et incolis. et in foro per omnē diem ad eos qui aderant. Nō enī in sinagoga per omnem diem / vbi mos erat sabbato sermocinari: sed in foro (inquit) per omnem diem / propter stu dia vtiq; atheniēsium. Sic enim sequitur. Quidaz vero Epicureor et Stoicor Philosophorū conferebant cū illo. Et p̄aulo post dicit: Athenienses autē et aduene hospites / ad nihil aliud vacabant: q̄ dicere aliquid noui / aut audire. Putemus apostolū illis oībus diebus q̄b⁹ fuit athenis nō fuisse opatū? Propter hoc enī et ex macedonia suppleba el⁹ indigētia / sicut dicit in scōa epla ad corinthios. Quāq; t alijs horis t noctib⁹ poterat q; ita vale

Paul⁹ habebat horas dieiad p̄dicādū deputatas Actuū. xvii.

Nō in sinagoga p omnē diē sz in foro p omnē diem disputabat.

Ap̄s athenis nō operabat manibus.

bāt et aīo et corpore. Sed cum ab athenis exisset videam⁹ quid dicit scriptura. Disputabat (inqt) in sinagoga p omne sabbatū. Hoc apud corinthū. In troade ergo (vbi necessitate imminētis profectionis vsq; ad medium noctis sermo protractus est) vna sabbati erat / qui dies dominic⁹ dicit. Inde intelligimus eū non fuisse cum iudeis: sed cum xpianis: quādo etiā dicit ipe narrator ad frangendum panem fuisse collectos. Et ipa est optima gubernatio vt omnia suis tēporibus distributa ex ordine gerātur. ne animā humanā turbulētis implicatiōibus inuolutam perturbēt. Ibi etiam dicitur quid operabāt apostol⁹. Post hec (inqt) egressus ab athenis / venit corinthū. Et cū inuenisset quendam iudeū / nomine aquilā / ponticum genere / recens / aduenientem ab italia / et pciscillā vxore ipsi⁹ (Propterea q edixisset claudius / discedere oēs iudeos a roma) accessit ad illos. et propter artis similitudinē mansit apud illos opus faciēs. Erant enī tabernaculorū artifices.

Optia gubnatio oīa suis tpibus distribuere t ex ordine gerere.

[Quis militat suis stipendijs vnq;? quis plātat vineā et fructū eius nō edit? quis pascit gregē et de lacte gregis nō manducat?]

Ex lib. de pastoribus.

¶ Inuenimus ergo esse lac gregis quicqd a plebe distribuit prepositis / ad sustentādam vitā temporalē. Inde enī loquebat apl's cum hec diceret. Lac gregis est qcqd a plebe distribuit ppositis.

Et quidē apl's quāq; elegerit manib⁹ suis trāsigi / et nec ipm lac q̄rere ab ouibus: tamē lactis pcipiēdi potestatē habere se dixit. Et sic dīm disposuisse. vt qui euangelīū annunciāt: de euangelio viuāt

H Et dicit alios coapostolos suos fuisse hac potestate non vsurpāta: sed data. Plus ille fecit: vt nec qđ debebatur accipet. Ipe ergo donauit et debitum. sed alius nō exegit indebitū. Ille plus fecit. Fortassis enī ipsum significabat / cui cū egrum adduceret ad stabulū / dixit: Si quid amplius erogaueris: in redeūdo reddam tibi. De ijs ergo qui nō indigent lacte gregis quid plura dicamus? Misericordiores sūt. vel potius ipius misericordie officium largius impendūt. Possunt. Et qđ possunt faciunt. Laudenť ij / nec damnētur illi. Nam et apl's ipse datū non querebat. fructuosas tamē oues suas esse cupiebat. non steriles sine lactis vbertate. Itaq; cū esset quodā tēpore in magna indigentia vinctus in cōfessione veritatis: missum est illi a fratribus vnde necessitati et indigētie eius ministraretur. Respōdet autē illis / gratias agēs / et dicēs. Bene feciſtis / cōicare necessitatib⁹ meis. Ego enī didici in qbus sum sufficiēs esse. Scio / et abūdare nouī et penurīā pati. Omnia possum in eo q̄ me cōfortat: verūtamē vos bene feciſtis vsib⁹ meis mittere. Sed vt ostenderet / in eo qđ illi bene fecerūt / qđ ipse q̄reret: ne inter illos esset qui seipos pascūt. Paul⁹ q̄rebat oues pascere nō seipsum. Non oues: nō tā sue gaudet subuētum esse necessitati: q̄ illorū gratulať fecunditati. Quid ergo ibi q̄rebat? Nō quero (inquit) datum. sed requiro fructū Non vt ego (inquit) explear: sed ne vos inanes remaneatis. Qui igiť nō possunt facere quod Paulus / vt manib⁹ suis se transigant: accipiāt de lacte ouiū. sustentent suā necessitatem. sed nō negligant ouiū infirmitatē. Nō hoc ibi querāt tanq; cōmodū suū / vt ex necessitate penurie sue / videant annunciare euangelīū. sed hoibus illuminādis parent lucem verbi veritatis. Sunt enī tanq; lucerne. sicut dictū est. Sint lūbi vestri pcincti. et lucerne ardentes. Et. Nemo accendit lucernā / et ponit eam sub modio: sed sup candelabrū / vt luceat oibus qui in domo sūt. Sic luceat lumen vestrū coram hoibus vt videant opa vestra bona. Et glorificēt patrē vestm qui in celis est. Si ergo tibi lucerna accenderet in domo: nōne adijceres oleū ne extingueret? (Porro / lucerna si accepto oleo nō luceret: nō erat plane digna que in cādelabro poneret. sed que continuo frangeret) Unde ergo viuit est necessitatj accipere / est charitatis prebere. non tanq; venale sit euangelīū / vt illud sit preciū eius quod sumūt qui annunciāt vnde viuant. Si enī sic vendūt: magnā rem vili vendūt. Accipiant sustentationē necessitatis a populo: mercedē dispensatiōis a domio. Nō enim est idoneus pop⁹ reddere mercedem illis qui sibi in charitate euangelij seruiūt. Non expectant illi mercedē: nisi vnde et isti salutem.

Pp⁹ nō pōt reddere mercedē euāgelizantibus.

[Scriptū est enī in lege moysi non alligabis os bouī triturāti. Munqd de bobus cura est deo?

Ex lib. q̄stionū exodi nūlo. lxxxvii.

¶ Quod attinet ad pcepta que hoibus data sunt de bobus nō est cura deo. Quod nō sic intelligitur tanq; ipe nō pascat ea que nec seminānt nec metunt neq; congregāt in horreū: sed quia ei cure nō est / pcepto monere hominē quomodo bouī suo cōsulat

Ex tractatu. pī. cxiv.

¶ Fecit enī celū et terrā et mare. et omnia q̄ in eis sunt. Si ergo omnia que in eis sunt: et te. Passerū dico et te. Passerem. Locustā. Vermiculum. Nihil horū nō ille fecit. Et cura est illi de oibus. Non ad preceptū cura est Nam preceptū soli homī dedit. Dicit enī psalmista. Homines t iumēta saluos facies dñe secundū multitudinē misericordie tue deus. Multitudinē (inquit) misericordie sue. Secundum hāc saluos facies homīes et iumēta. Et apostolus. Munqd de bobus cura est deo? Hac de bobus nō est cura deo. hac hoies et iumēta saluos facies domīe. Munqd cōtraria sunt ista? Munqd ergo ait apl's. Munqd de bobus ptinet ad deū? vbi preceptū dedit bouī triturāti os non infrenabis: ibi de bobus nō cogitauit deus? Itaq; quosdā boues voluit significare. Nō enī hoc curat deus monere quid agatur cū bobus. habet hoc natura ipa humana. Sic factus est homo / vt nozit consulere iumētis suis Nec inde pcepta a deo accepit: sed insinuatū est illi in mente a deo / vt possit et sine pcepto facere. Fecit illū talē deus: sed quomodo regit pecus / regendū ab alio. Ab eo a quo regiť pceptum accepit. Ad pcepti ergo tenorē / nō est de bobus cura deo. Ad puidentiam vniuersitatis / qua creauit omnia et mundū regit: homīes t iumenta saluos facies domīe. Audiamus ipum deū / principem et magistrū apostolorū. Respicite (inquit) volatilia celi / quia nō seminānt neq; metūt / neq; cōgregāt in horrea: et pater vester celestis pascit illa. Ergo t preter hoiem aīalia ista ptinent ad curam dei vt pascātur: nō vt legem accipiant. Quod ergo ad dādam legē attinet: de bobus cura deo nō est. Qđ autē ad creanda. pascenda. gubernāda. et regēda: omnia ad deū ptinent. Nōne duo passeres asse veneunt dñs ihesus christus dicit. Et vnus ex eis non cadit in terrā sine volūtate patris vestri?

Ad curam dei ptinet aīalia vt pascant nō vt legē accipiant.

Matthe. x.

¶ Ut be anime que habēt voluntatē nocēdi et rationē cogitandi: sub diuinis legibus ordinate sunt (ne aliquid iniustū quisq; patiatur) Ita et omnia aīmalia / et corporalia in genere suor in ordine suo diuine puidentie legibus subdita administrātur. Ideo dñs dicit. Nonne duo passeres asse veneūt. Et vnus eorū nō cadit in terram sine volūtate patris vestri? Hoc enī dixit volens ostendere quicqd vilissimū homines putant / oipotentia dñi gubernari. Sic enim et volatilia celi ab eo pasci et lilia agri ab eo vestiri: veritas loquitur que capillos etiā

Ex libro de agone xpiano.

Vilissima quecq; per oipotētiā dñi gubernantur.

Phil. iiii.

Luce. x.

Luce. xii. Matthe. v.

nros/numeratos esse dicit. Sed quoniã mundas alas rationales p se ipe deꝰ curat. siue in optimis et magnis angelis siue in hoibus tota sibi volũtate seruiẽtibus. cetera vero p ipsos gubernat: verissime dici potuit etiã illud ab apostolo / non eni de bobus cura est deo. In scripturis ei sanctis deus homies docet / quomodo cũ hoibus agant: et ipsi deo seruiant. Quomodo autẽ agant cũ pecoribus ipsi sciunt (idest quomodo salutẽ pecoꝝ suoꝝ gubernẽt vsu et peritia et ratiõe naturali) Que quidem omnia / de magnis sui creatoris spiritalia opibus acceperunt.

[Si nos vobis spiritalia seminauimus magnũ est si vestra carnalia metamus?]

Ex tractatu. pſi. cxii.

¶Quis sicut dñs deus noster / qui in altis habitat. et humilia respicit in celo et i terra? Celos nũc arbitror significare eos qui sedebũt super duodecim sedes / et cum dño iudicabunt. Terre autẽ nomine / ceterã multitudinẽ beneditorũ qui constituenꝫ ad dexteram: vt per opa misericordie collaudati: recipianꝫ ab eis in eterna tabernacula / quos amicos sibi de mãmona iniquitatis in huius vite mortalitate fecerunt. Eis quippe dicit apostolus Si nos vobis spiritalia seminauimus: magnũ est si vestra carnalia metamus? Quod etiã ijs verbis dici potuit. Si nos vobis celestia seminauimꝰ: magnum est si terrena vestra metamus? In celo ergo respicit celestia seminãtes. in terra autem terrena reddentes: tamen humiles: et bos et illos. Humilia enĩ respicit in celo et in terra: quia meminerunt vtriq; quid fuerint per suã malitiã: quid facti sunt per dñi gratiam.

Per celos intelliguntur apli p ẽrã ceti bñdicti.

Ex ſmõe de verbis euangelij. xxvi.

B ¶Bona sũt ministeria circa pauperes. et maxime circa sanctos dei / seruitia debita / obsequia religiosa. Reddunꝫ enĩ / non dantur: dicente apostolo. Si nos vobis spiritalia seminauimꝰ: magnũ est si carnalia vestra metamꝰ? Bona sunt. Ex hortamur ad hec. et in verbo dñi edificamus vos. Nolite pigri esse ad suscipiendos sanctos. Aliquãdo nesciẽtes suscipiendo quos nesciunt: angelos susceperunt.

Receptio sctorũ vtil'.

[Nescitis / quoniã qui in sacrario operãtur que de sacrario sunt edunt? Qui altario deseruiũt cum altario participãtur ꝛc.

Ex lib. de sermone dñi in monte. ꝓmo

¶Altare spiritaliter in interiore dei tẽplo / ipsam fidem accipere possumus. cuius signũ est altare visibile. Quodlibet enĩ munus offerimꝰ deo. siue pphetiam siue doctrinã. siue orationẽ. siue hymnũ. siue psalmũ. Et si quid tale aliquid spiritalium donorum animo occurrit: acceptũ esse nõ potest deo nisi fidei sinceritate fulciaꝫ. Et ei fixe atq; immobili tanq; altari imponaꝫ. vt possit integrũ atq; illibatum esse quod loq̃mur. Nam multi heretici / nõ habentes altare (idest verã fidem) blasphemias pro laude dixerunt. terrenis videlicet opinionibus aggrauati / votũ suũ tanq; in terrã proijcientes. Sed debet esse sana / etiã offerentis intentio. cũ tale aliquid oblaturi sumus in corde nostro (idest in interiore dei tẽplo) Templũ enĩ dei sanctũ est (inqt) qõ estis vos. Et in interiore homie habitare xp̃m per fidem in cordibus vestris.

Fides est altare i interiori tẽplo.

1. Corin. iii.

Ex lib. 20 de ciuitate dei. x.

¶Et illis immortalibus ac beatis / et nobis mortalibus ac miseris: vt imortales ac beati esse possimus: deũ deorũ colendo. qui et noster est et illorũ. Huic nos seruitutẽ (que latria grece dicitur) siue in quibusq; sacramẽtis / siue in nobis ipis debemꝰ. huius enĩ templũ simul omnes / et singuli tẽpla sumus. Quia et omniũ concordiã. et singulos inhabitare dignatur. Nõ in oibus q̃ in singulis maior quoniã nec mole distẽditur. nec partitione minuit.

a

Cor nr̃m altare dei.

¶Cum ad illũ sursum est / eius est altare cor nostrũ. eius vnigenito eum sacerdote placamus. ei cruentas victimas cedimus / quãdo vsq; ad sanguinem p eius veritate certamus. Eum suauissimo adolemus incenso / cũ in eius conspectu pio / sanctoq; amore flagramus. Et dona eius in nobis. nosq; ipsos vouemus et reddimꝰ. Et beneficiorũ eius solennibus festis ꝛ diebus statutis / dicemus / sacramusq; memoriã: ne volumine tẽporũ ingrata surrepat obliuio: ei sacrificamus hostiã humilitatis ꝛ laudis in ara cordis / igne feruidaq; charitatis. Ad hunc videndũ sicut videri poterit: eiq; coherendũ ab omni peccatorũ / cupiditatũq; malarũ labe mũdamur et eius noie cõsecramur. Ipe enĩ fons nr̃e beatitudinis. Ipe ois appetitiõis est finis. Hunc eligentes / vel potius reeligentes (amiseramꝰ enĩ negligẽtes) hunc ergo reeligẽtes (vnde et religio dicta phibetur) ad eũ dilectione tẽdimus: vt pueniendo quiescamus. Ideo beati: quia illo fine perfecti.

Hostia humilitatis ꝛ laudis sacrificanda deo in ara cordis.

Religio a reeligẽdo.

¶Quid intersit inter bonũ quod appetẽdum est / et necessariũ quod sumendũ est: hac sententia dñs declarauit / Cũ ait. Querite primũ / regnum dei et iustitiã eius ꝛ hec omnia adijciẽtur vobis. Regnũ ergo et iustitia dei / bonũ nostrũ est. et hoc appetẽdum. Et ibi finis constituẽdus propter quod oia faciamus q̃cunq; facimꝰ. Sed quia in hac vita militamus / vt ad illud regnũ peruenire possimus (q̃ vita sine ijs necessarijs agi nõ potest) apponẽtur hec vobis (inquit) sed vos regnũ dei et iustitiã eiꝰ primũ querite. Cur enĩ dixit illud primũ: significauit / quia hoc posterius q̃rendum est. nõ quidẽ tempore sed dignitate. Illud tanq; bonũ nostrũ. Hoc tanq; necessariũ nostrũ. Necessariũ autẽ propter illud bonũ. Neq; enĩ verbi gratia ideo debemꝰ euãgelizare vt mãducemꝰ: sed ideo mãducare vt euãgelizemus. Mã si propterea euãgelizamus vt mãducemus: vilius habemꝰ euangeliũ q̃ cibum. Et erit tam bonũ nostrũ in manducãdo: necessarium autẽ in euãgelizando. quod etiã apl'us ꝓhibet cũ dicit / Licere sibi quidẽ et pmissum esse a domino: vt qui euangeliũ annunciant / de euãgelio viuant. (idest de euãgelio habeãt ea que huic vite sunt necessaria) sed tamen se nõ esse abusum hac potestate. Erant enĩ multi / qui occasionem habere cupiebant acquirẽdi et vendẽdi euangeliũ. Quibus eã volens amputare apostolus: manibꝰ suis victum suũ tolerauit. De his enĩ alio loco dicit. Vt amputem occasionẽ / ijs qui querũt occasionem. Quãq; etiã (sicut et ceteri boni apostoli) pmissu domini de euangelio viueret. et nõ in eo victu constitueret finẽ euangelizãdi: sed magis ipsius victus sui finẽ in euangelio collocaret (idest (vt supius dixi) non ideo euangelizaret vt peruenire ad cibum / et si qua sunt alia necessaria. sed ideo ista sumeret vt illud impleret. ne nõ volens: sed necessitate euangelizaret. hoc enĩ improbat: cum dicit.

Ex lib. de sermone dñi in monte. Matthe. vi.

Nõ ẽ euãgelizãdũ vt mandu cemꝰ iz mãducãdũ vt euãgelizemus.

b

[Nescitis quoniã qui in tẽplo operãtur que de tẽplo sunt edunt? Qui altario deseruiunt: cum altario compartiunꝫ. Sic et dominꝰ ordinauit ijs qui euangelium annunciant de euãgelio viuere. Ego autẽ nullius horũ vsus sum.]

¶Hinc ostendẽs pmissum esse non iussum. Alioquin contra preceptũ domini fecisse tenebiꝫ. Dein de sequitur et dicit.

[Non autẽ scripsi hec vt ita fiant in me. Bonũ est mihi magis mori q̃ gloriã meã q̃sqũ inanẽ faciat]

(Hoc dixit quia iam statuerat ppter quosdā / occasionē querētes / manib⁹ suis victum trāsigere) [Si enī euāgelizauero (inquit) non est mihi gl'ia] idest si ita euāgelizauero vt ista fiant in me. idest si ppterea euangelizauero vt ad illa pueniam. Et finem euangelizandi in cibo et potu et vestitu collocauero. Sed quare nō est ei gloria?

[Necessitas enī (inquit) mihi incūbit. idest vt deo euangelizem / quia vnde viuam nō habeo. Aut vt acquirā temporalē fructū de predicatiōe eternoꝝ Sic enī iā erat necessitas in euāgelio nō volūtas] [Ve enim mihi erit (inquit) si nō euāgelizauero] Sed quomodo debet euangelizare? Scilicet vt in ipo euangelio et in regno dei ponat mercedē. Ita enī potest nō coactus euangelizare sed volens.

[Si enī volēs (inqt) hoc facio: mercedem habeo si autē inuitus: dispensatio mihi credita est]

¶ Id est Si coactus inopia eaꝝ rerū que tēporali vite sunt necessarie predico euāgelium: alij p me habebunt mercedē euangelij qui euāgeliū ipsum me ꝓdicante diligent. Ego autē non habeo. quia non ipum euangeliū diligo. sed eius preciū in illis tēporalibus constitutū. Quod nefas est fieri. vt nō tanq̄ filius administret quisq̄ euāgelium: sed tanq̄ seruus / cui dispensatio credita est. vt tanq̄ alienum erogans nihil inde ipse capiat preter cibaria que nō de participatione regni: sed ad sustentaculum misere seruitutis dātur extrisecus. quāq̄ alio loco et dispensatorē se dicat. Potest enī et seruus in filioꝝ numero adoptatus / eandē rem in qua coheredis sortē meruit: fideliter dispēsare pticipib⁹ suis. Sed nūcvbi ait (Si autē inuitus: dispensatio mihi credita est) talem dispensatorē voluit intelligi qui alienum dispensat / vnde ipse nihil accipiat.

Predicator debz tāq̄ filiꝰ non tāq̄ seruꝰ ministrare euāgeliū.

Hoc est ergo ꝑmū q̄rere cibū. et deinde regnū dei. Hoc prioze loco ponere. illud posterioze. Si autē ideo q̄ramus cibum / vt habeamus regnum dei: faciamus quod dictū est: querite primū regnū dei et iustitiā eius. Et ita querētibus primū regnū dei ⁊ iustitiam eius (idest Hoc preponētibus ceteris rebus / vt propter hoc cetera q̄ramus) nō debet subesse sollicitudo ne illa desint / que huicvite propter regnum dei sūt necessaria. Dixerat enī superius: Scit pater vester quia hoꝝ omniū indigetis. Et ideo cū dixisset. Querite primū regnum dei et iustitiam eius. non dixit: deinde querite ista. q̄uis sint necessaria. Sed ait. Hec omnia apponētur vobis idest consequentur / si illa q̄ratis sine vllo vestro impedimento. Ne cū ista q̄ritis / illinc auertamini: aut ne duos fines cōstituatis vt et regnū dei ppter ista necessaria appetatis. Sed hec potius ppter illud: ista vobis nō deerunt. quia duobus dominis seruire nō potestis. Duobus autē dominis seruire conatur qui et regnū dei pro magno bono appetit et hec tēporalia. Sicut enī omnes militātes annonā et stipendiū accipiunt: sic omnes euangelizantes accipiūt victū et tegumentū. Sed non omnes propter reipublice salutem militant: sed propter illa q̄ accipiūt. Sic nō omnes propter salutē ecclesie ministrant deo: sed propter hec temporalia. que tanq̄ annonā et stipendium consequunt. aut etiam / et propter hoc: et ppter illud: sed supza iam dictū est Non potestis duobus dīs seruire. Ergo simplici corde tātūmodo ppter regnū dei debemus operari bonū ad omnes. Nō autē in hac operatione vel solā / vel cū regno dei mercedē tēporaliū cogitare [Ita et dīs ordinauit ijs qui euangeliū annūciāt de euāgelio viuere. Ego aūt nullo hoꝝ vsus sum

Quis duob⁹ dīs seruire conat

Sicut milites annonā ⁊ stipēdiū sic euāgelizantes accipiūt victū ⁊ vestitum.

¶ Videō et alia iumēta dīi que significātur cum dicitur Bouī triturāti os nō infrenabis. Dicit enī ipm iumētum. Nunquid de bobus ptinet ad deū? Propter nos ergo dicit scriptura. Quomodo ergo ꝓducit terra fenū iumentis? Quia dīs constituit. vt qui euāgeliū annunciāt: de euāgelio viuāt Misit predicatores. et ait illis. Omnia q̄ ab ipsis apponūtur vobis / manducate (dignus est enī operarius mercede sua) Cum enī dixisset / que apponuntur vobis māducate: ne illi dicerēt. Improbi erimus: ad mēsas alienas. Cū indigebim⁹ vis nos ita esse frontosos? Non inquit. Nō est illa donatio eoꝝ: sed vestra merces. Sed cuius rei merces? Quid dant? Quid accipiunt? Dant spiritalia. Accipiunt carnalia. Dant aurū: accipiunt fenū. Omnis enī caro fenū. et claritas carnis vt flos feni. Omia tēporalia que tibi supfluunt et abundant / fenū iumentoꝝ est. Quare? Quia carnalia sūt. Audi quorum iumentoꝝ sit fenū. Si nos vobis spiritalia seminauim⁹: magnū est si carnalia vestra metamus. Hoc apl'us dixit. Talis annūciator tā laboriosus tam impiger / tā exercitatus / vt idipum fenum domare terre. Ego (inquit) nullius horū vsus sum. Ostendit sibi deberi: et non accepit. Nec condēnauit eos qui acceperūt quod debebat. condēnandi enī erāt exigentes indebita. nō accipientes mercedem suā. Ille tamē et ipam mercedē donauit. Nō quia tibi alius donauit / nō debes alteri. Alioquin nō eris irrigata terra q̄ producit fenum iumentis. De fructu operū tuoꝝ (inquit) satiabitur terra: producens fenū iumētis. Tu noli esse sterilis. produc fenū iumētis. Sed si nolūt iumenta fenū tuum: nō te tamē sterilē inueniāt. Accipis spiritalia: redde carnalia. Debita sūt militi. militi reddas. Prouincialis christi es.

[Nam cū liber sim ex oībus: omniū me seruū feci / vt plures lucrifacerem]

¶ Producens (inquit ꝑpheta) fenū iumētis. Et quasi hoc exponēs addidit: et herbā seruituti hominū. Ne nō intelligeres quod dictū est. Producens fenū iumētis: repetitione exposuit quod ꝑmisit. Quod enī dixit supza fenū: postea herbā nominauit. Quod autē dixerat iumētis: seruituti hoim dixit. Ergo seruituti. et non libertati. Vbi ergo est vos in libertatē vocati estis? Sed audi eundē ipm Cum enī liber sim ex oībus: omniū me seruū feci / vt plures lucrifaciā. Et q̄bus dixit In libertatem vocati estis quid adiunxit? Tantū ne libertatē in occasionē carnis detis. Sed ꝑ charitatē seruite inuicem. Quos liberos fecerat / seruos fecit. non cōdictione sed tamē christi redēptione. Nō necessitate: sed charitate. Per charitatē (inquit) seruite inuicem sed in christo. Seruite (ait) inuicē nō ꝑpls nō carnalibus. nō infirmis. Bene christo seruis / si seruis q̄bus christus seruiuit. Nonne de illo dictū est Bene seruientē plurimis? In ꝑpheta legit de nullo nisi de christo accipi solet. Audiam⁹ tamen ꝑpzie et in euāgelio vocē eius Quicunq̄ (inquit) in vobis maioz voluerit esse: erit vester seruꝰ. Seruum me tibi fecit / qui te suo sanguine liberū fecit. Dicite hoc nobis. quia verū dicetis. Audi illū alio loco. Nos autē seruos vestros p iesum. Bene diligite seruos vestros. sed in domino vestro.

[Et factus sum iudeis tanq̄ iudeus vt iudeos lucrarer ꝛc. vbi supza vsq̄ oībus omnia factus sum vt omnes saluos facerem] ¶ Hoc totū dixit. Nō vt fallaciter se fingeret esse qō non erat: sed vt misericordiā eis ita subueniēdū esse sentiret ac si ipe

Extractum. pst. cui.

Predicator est bos triturās.

i. petri. i.

Tēpalia q̄ supfluūt fenū iumēto rum est.

Paulus ⁊ ceteri pdicatores sūt iumēta xpi.

Extractum. pst. cui.

Quō paulus fecit se seruū oim.

Matthe. x.

Ex epla nō hieronimi.

neodem errore laborarет. Mõ scilicet mentientis astu: sed compatiẽtis affectu. sicut generaliter intulit: factus sum infirmis infirmus / vt infirmos lucrifacerem. Vti sequẽs conclusio oĩbus omnia factus sum / vt omnes lucrifacerẽ: ad hoc referenda intelligaт vt cuiusq; infirmitatẽ tanq̃ in seipso miseratus appareat. Mõ en⁹ (et cũ diceret. Quis infirmatur et ego non infirmor) infirmitatẽ alterius simulasse potius q̃ voluisse volebat intelligi. Factꝰ sum (inquit) iudeis tanq̃ iudeus / vt iudeos lucrifacerẽ (ꝛc. vbi supra) Cõpassiõe scilicet misericordie: nõ simulatiõe fallatie. Fit enĩ tanq̃ egrotus q̃ ministrat egroto. nõ cum se febres habere mentiт: sed cũ aĩmo condolẽtis cogitat / quẽadmodũ sibi vellet seruiri si ipse egrotaret.

¶ Quod autẽ dixit se factũ iudeis tanq̃ iudeum. et tanq̃ gentilẽ gentibus: nõ mentiẽtis astu: sed cõpatientis affectu. Non hoc ideo dixit: q̃ misericorditer illa simulauerit: sed quia sic ea nõ simulauit que faciebat similia iudeis: quẽadmodũ nec illa q̃ faciebat similia gentib⁹. Que tu quoq; commemorasti. atq; in eo / me (quod nõ ingrate fateor) adiuuisti. Cum enĩ abstе quesissem in epistola mea quomodo putet (Ideo factus iudeis tanq̃ iude⁹) qz fallaciter susceperit sacramẽta iudeorũ: cũ et gentibus tanq̃ gentilis factus sit. Nec tamẽ susceperit fallaciter sacrificia gentiũ? Tu respõdisti in eo factum gẽtibus tanq̃ gẽtilẽ q̃ putiũ receperit. q̃ indifferenter pmiserit vesci cibis quos damnãt iudei. Ubi ego quero vtrum et hoc simulate fecerit? Quod / sicut absurdissimũ atq; falsissimũ est: sic ergo et illa in qbus iudeorũ consuetudini cõgruebat libertate prudẽti: nõ necessitate seruili. aut (quod est indignius) dispensatiõe fallaci potius q̃ fideli. Fidelibus enĩ et ijs qui cognouerũt veritatẽ. sicut ipse testatur. Misi forte ꝛ hic fallit omnis creatura dei bona est. et nihil est abijciẽdũ / quod cũ gratiarũ actione pcipitur. Ergo et ipi Paulo. nõ solum vero: verũetiã dispẽsatori maxime fideli. Nec solum cognitori: verum etiam doctori veritatis oĩs. vtiq; in cibis / creatura dei non simulate: sed vere bona erat. Cur igitur nihil simulate accipiẽdo sacrorũ / cerimoniarũq; gentiliũ: sed de cibis et pputio verũ sentiendo / ac docendo: tamẽ tanq̃ gentilis factus est gẽtibus. Et non potuit fieri tanq̃ iudeis iudeus / nisi fallaciter suscipiẽdo sacramentũ iudeorũ? Cur oleastro inserto / seruauit dispẽsatio nis veracẽ fidem. et naturalibus ramis / non extra sed in arbore cõstitutis / nescio quod dispẽsatoriũ simulatiõis velamẽ obtendit? Cur factus tanq̃ gẽtilis gentib⁹? Quod sentit docet? quod agit sentit? factus tanq̃ iude⁹ iudeis? Aliud ne claudit in pectore: aliud promit in verbis: in factis: in scriptis? Sed absit hoc sapere. Vtriq; enĩ debebat charitatem de corde puro et conscientia bona. et fide nõficta. Ac per hoc oĩbus omnia factus est / vt oẽs lucrifaceret. Non mentiẽtis astutia sed cõpatientis affectu. idest. Non omnia mala hominũ fallaciter agendo: sed aliorũ omniũ malis oĩbus tanq̃ si sua essent / misericordis medicine diligentiam pcurando. Cum itaq; illa testamẽti veteris sacramẽta etiam sibi agenda minime recusabat: nõ immisericorditer fallebat. sed omnino nõ fallens: atq; hoc modo a domino deo illa vsq; ad certi tẽporis dispensationem iussa esse commẽdãs: a sacrilegis sacris gentiũ distinguebat. Tunc autem non mentiẽtis astutia: sed compatiẽtis affectu / iudeis tanq̃ iudeus fiebat: quãdo eos ab illo errore / quo vel in christum credere nolebãt / vel pvetera sacerdotia sua / cerimoniarũq; obseruationes se a peccatis posse mundari. fieriq; saluos existimabãt: sic liberari cupiebat / tanq̃ ipse illo errore teneret. Diligens vtiq; proximũ sicut seipm. Et hec alijs faciens / que sibi ab alijs fieri vellet / si hoc illi opus esset. Quod cum domin⁹ monuisset: adiunxit. Hec est enim lex et prophete. Hunc compatiẽtis affectũ in epistola ad Galathas precepit dicens. Si pоccupatus fuerit homo i aliquo delicto: vos q̃ spirituales estis instruite huiusmodi in spũ lenitatis. intendens teipsum / ne et tu tẽteris. Vide si non dixit fieri tanq̃ ille / vt illũ lucrifacias. nõ vtiq; vt ipsum delictum fallaciter ageret. aut se id habere simularet: sed vt in alteri⁹ delicto / quid etiã sibi accidere possit / attẽderet. Atq; ita alteri (tanq̃ sibi ab altero vellet) misericorditer subueniret. Hoc est: non mẽtientis astu: sed compatientis affectu. Sic iudeo. sic gentili sic cuilibet homini / Paul⁹ in errore vel peccato aliquo cõstituto / non simulãdo quod non erat: sed cõpatiendo quia esse potuisset: tanq̃ qui se hominem cogitaret / oĩbus omnia factus est: vt oẽs lucrifaceret.

¶ Hoc ergo exhibeam⁹ ei cuius infirmitatẽ portare volumus / quod ab illo nobis vellem⁹ exhiberi. si forte nos in ea essemus / et ipe nõ esset. Ad hoc pertinet quod ipe apl⁹s ait. Omnib⁹ omnia factꝰ sum vt omnes lucrifacerẽ. Cogitãdo scilicet in eo vitio / etiam se esse potuisse / vnde cupiebat alteruz liberari. Cõpatiẽdo enĩ potius id agebat: nõ mentiendo. sicut quidã suspicãtur. Et ij maxime q̃ mẽdatijs suis defendẽdis / que negare nõ possunt alicuius magni exempli patrocinijs querũt.

¶ Justo lex posita nõ est vt dicit apostolus. Sed aliud est esse in lege. Aliud sub lege Qui est in lege secundũ legem agit. Qui est sub lege / secũdũ legẽ agitur. Ille ergo liber est: iste seruus. Deinde / aliud est lex que scribit et imponit seruitẽti. Aliud lex que mente conspicit ab eo qui non indiget litteris.

Nescitis q̃ ij qui in stadio currũt omẽs quidem currunt: sed vnus accipit brauium. Sic currite: vt cõprehendatis. Omnis autem qui in agone contendit ab oĩbus se abstinet: et illi quidẽ vt corruptibilem coronã accipiãt: nos autez incorruptam.

OMnes quidẽ currũt dixit in illo stadio. in illo spectaculo. Vnus tamen accipit brauiũ. Ceteri victi discedũt: et si pseuerauerint in currendo. Sed cum acceperit vnus: remanebũt ceteri / qui similiter laborauerunt? Hoc nõ est ita. Si quotquot currũt pseueranter currant: omnes accipiũt. Et qui prior venerit: expectat vt cum posteriore coronet. Agonẽ quippe istum / nõ cupiditas: sed charitas facit. Omnes currentes amãt se. et ipse amor cursus est.

Ego igitur sic curro non quasi in incertum. sic pugno non quasi aerem verberans.

NOn vndecunq; datur similitudo a scripturis / laudatur ipsa res: sed tantum si militudo inde trahitur. Non enim laudauit iniquum iudicem / qui nolebat audire illam viduam. Et nec deum timebat. Nec homines reuerebatur. Et tamen inde similitu-

ti. Cor. xi.

Quõ paulus tanq̃ egroꝰ ministrabat egrotis. Ex eadẽ epla

Quõ paulus libertate prudẽti ꝯgruebat cõsuetudini iudeoꝝ.

Paul⁹ verus dispẽsator ꝛ maxime fidelis.

Quõ oĩb⁹ oĩa factꝰ ẽ nõ p mendaciũ aut fictionẽ sz p cõpassionem.

Matth. xxii.

Affectꝰ cõ passionis.

Gala. vi.

Ex lib. qstionum. lxxxiii

Quõ oĩb⁹ oĩa factꝰ ẽ

Ex tractatu. pli. i.

Ex tractatu. pli. xxxix.

Amor est cursus in stadio.

Ex tractatu. pli. lvii.

a dinem dom̃i tra[x]it. Nec illum laudauit pigrum / qui tres panes nõ propter amicitiã dedit petẽti: sed tedio victus. Et tamen et inde similitudinẽ dedit. Et de rebus ergo nõ laudandis / trahuntur secundum modũ quẽdam / nonnulle similitudines. Aut si propterea putatis eundem esse ad marsos / quia hoc audistis in scriptura dei: eundũ est ad spectaculũ theatri. quia dicit apostolus. Nõ sic pugilor quasi aerẽ cedens. Pugilari enĩ est / encatricũ facere / pancratiũ facere / spectaculũ facere. Jam quia hinc ducta est similitudo: spectacula ista nos delectare debent? Aut quia dixit. Qui in agone cõtẽdit: ab oĩbus abstinens est: ꝓpterea agonistica ista vana et ludicra debet affectare xp̃ianus? Attende quid tibi dicat ad similitudinẽ. quid moneatur ad ꝓhibitionem. Ita ergo et hic data est quedã similitudo de marso. qui incantat vt educat aspidem de tenebrosa cauerna.

Sed castigo corpus meũ et in seruitutẽ redigo: ne forte cum alijs predicauerim ipse reprobus efficiar.

Exẽplũ de verbis apli. ¶ Suo timore nos terruit. Quid enĩ faciet agn̄? / vbi aries tremit?

Capitulũ decimũ.

Nolo enĩ vos ignorare fratres. quoniam patres nri omnes sub nube fuerunt et omnes mare trãsierũt. et oẽs in moyse baptisati sunt in nube et in mari. et oẽs eandẽ escam spiritalẽ mãducauerũt

H **Et omnes eundẽ potũ spiritalẽ biberũt bibebãt autẽ de spirituali consequẽti eos petra. Petra autẽ erat christus.**

Ex lib. cõtra faustum. Johan. vi. Exponendo vnũ: in cetera introduxit intellectũ. Si enĩ petra christus ꝓpter firmitatẽ: cur nõ et manna xp̃s / tanq̃ panis viuus q̃ de celo descendit. quo vere qui vescunt spiritaliter viuũt? Nam illi veterem figuram carnaliter accipiẽtes / mortui sunt. Sed cũ dicit apostolus / eundẽ cibum spiritalẽ manducauerunt ostendit ⁊ illud spiritaliter intelligi in xp̃o. sicut et potũ cur spiritalẽ dixisset aperuit / cuz subiunxit. Petra autẽ erat xp̃us. Quo aperto: cũcta fulserunt. Cur ergo nõ et nubes ⁊ colũna christus. quia rectus et firmus ⁊ fulciẽs infirmitatẽ nostrã. p noctem lucẽs. p diem nõ lucens. vt qui nõ vident videant. et qui vidẽt ceci fiant? Rubet et mare rubrum. baptismus vtiq̃ christi sanguine consecratus. Hostes sequentes a tergo moriũtur (peccata ꝓterita) ducitur ꝑplus p desertũ. Baptizati oẽs nondũ perfruẽtes promissa patria. sed quod nõ vident sperãdo et per patiẽtiam expectãdo: tanq̃ in deserto sũt. Et illic laboriose et periculose tẽtationes. ne reuertant corde in egyptum. Nec ibi tamẽ christus deserit. Nã et illa colũna non recedit. Et morsus mortiferi / serpẽtum: exaltato et respecto eneo serpẽte sanant. Quod verbis ipius dñi declaratur. Sicut exaltauit (inquit) Moyses serpẽtem in heremo: sic exaltari oportet filiũ homis. vt oĩs qui crediderit in eũ non pereat: sed habeat vitam eternam.

Johan. iii.

Extrac. ꝑsi. exiti. ¶ Egyptus aũt quonĩã interꝓtatur afflictionem vel affligentẽ vel cõprimentẽ: sepe in imagine ponitur seculi huius. a quo spiritaliter recedendũ est ne simus iugũ ducẽtes cũ infidelib̃. Sic enĩ quisq̃. Hierlm celestis fit ciuis idoneus / cũ primo huic seculo renũciauerit. quẽadmodũ ille ꝑplus in terrã promissionis induci non potuit / nisi prius ab egypto recederet. Sed sicut ille nõ inde discessit / nisi diuino ꝑsidio: ita nemo corde ab hoc seculo auertitur: nisi dñice misericordie munere adiutus. Quod enĩ illic semel ꝑfiguratũ est: hoc in isto fine seculi. in hac (sicut beatus Ioãnes scribit) hora nouissima / quotidianis ecclesie fetibus in vnoquoq̃ credente complet. Audite apostolũ doctorẽ gentium docentẽ et instruentẽ.

Tũc fit alicuis ciuis celestis hierusalẽ cuz huic seculo renũciauerit. Cor non auertit ab hoc seculo nisi munere dei. 6

Hec autẽ facte sũt figure nostre.

Certe manifestũ est / nõ humana suspitione: sed aplico (id est diuino) ⁊ domico magisterio. Deus enĩ loq̃bat in eis. Et q̃uis de carneis nubib̃: tamẽ dñs intonabat. Certe ergo tãto testimonio manifestũ est / illa oĩa figurate gesta: nunc in nr̃a salute cõpleri. q̃a tũc futura ꝓnũciabant: nũc ꝓterita legunt et prẽsẽtia cognoscunt. Quid est charissimi (Qui vos cognoscitis israelitas scõm semẽ abrahe) q̃ estis domus iacob scõm ꝓmissionem heredes: cognoscite vos etiã extisse de egypto q̃ huic seculo renũciastis. Exisse de ꝑplo barbaro / q̃ confessiõe pietatis vos a blasphemijs gẽtilũ seiunxistis. Nõ est enĩ lingua vr̃a: sed barbara. q̃ deũ laudare non nouit. cui vos cãtatis alla. Facta est enim iudea sctificatio eius in vobis. Nõ enĩ qui in manifesto iudeus est. neq̃ q̃ in manifesto in carne est circũcisio: sed q̃ in occulto iude⁹ est. et circũcisione cordis. Interrogate ergo corda vr̃a. Si ea circũcidit fides. si purgauit confessio: in vobis facta est iudea sctificatio eius: in vobis isr̃l potestas eius. Dedit enĩ vobis potestatem filios dei fieri.

Lingua ẽ barbara q̃ deũ laudare non nouit.

[Et oẽs ꝑ mare trãsierũt. et oẽs in moyse baptizati sũt in nube et mari. et oẽs eandẽ escã spiritalem mãducauerũt. et oẽs eũdẽ potũ spiritalẽ biberũt]

Ex tractatu. eu3 gelij fm Iohan. xi. ¶ Quando aũt mãducauit manna ꝑplus isr̃l? Cũ trãsisset mare rubrũ. Mare rubrũ autẽ q̃d significat? Audi aplum. Nolo aũt vos ignorare fratres. qz omẽs patres nr̃i sub nube fuerũt. et oẽs ꝑ mare trãsierũt. Quid est ꝑ mare trãsierũt? Quasi q̃reres ab illo: secut⁹ ait: et oẽs ꝑ moysen baptizati sunt in nube et in mari. Si ergo figura maris tantũ valuit species baptismi q̃ntum valebit? Si / q̃d gestum est in figura: traiectũ ꝑplm ad mãna pduxit quid exhibebit xp̃us in veritate baptismi sui: traiecto ꝑ eũ ꝑplo suo? Per baptismũ suũ traijcit credẽtes occisis oĩbus pctis / tanq̃ hostib̃ consequẽtibus. sicut in illo mari oẽs egyptij pierũt. Quo traijcit fratres mei: quo traijcit ꝑ baptismũ iesus cuius figurã tũc gerebat moyses qui ꝑ mare traijciebat? Quo traijcit? Ad mãna. Quid est mãna? Ego sum (inquit) panis viu⁹ q̃ de celo descẽdi. Mãna accipiũt fideles: iam traiecti ꝑ mare rubrũ. Quare mare rubr̃? Jã mare. q̃re et rubrũ? Si significabat mare illud rubrũ / baptismũ xp̃i. Unde rubet baptismus xp̃i: nisi xp̃i sanguie cõsecratus? Quo ergo ꝑducit credẽtes et baptizatos? Ad mãna. Ecce dico manna Motũ est q̃d acceperint iudei. Populus ille israel Motũ est q̃d illis pluisset deus de celo. Et nesciũt cathecumini quid accipiãt xp̃iani. Erubescant ergo quia nesciũt. Transeant per mare rubrũ. Mãducent manna. vt quomodo crediderũt in nomie iesu: sic seipis credat iesus.

Johan. vi.

A Extrac. euãgelij ſm ioã. xxvi.

¶ Patres veſtri (inquit) manducauerũt manna. et mortui ſũt. Quid eſt vnde ſupbitis? Manducauerunt mãna ⁊ mortui ſũt. Quare manducauerũt et mortui ſũt? Quia quod videbãt credebãt. quod non videbãt nõ intelligebant. Ideo patres veſtri quia ſimiles eſtis illorũ. Et infideliũ filior̃ / infideles patres. Nam quãtũ ptinet fratres mei ad mortem iſtam viſibilem et corporalẽ: nũquid nos non morimur qui mãducamus panem de celo deſcendentem? Sic ſunt mortui et illi / quemadmodũ et nos ſumus morituri: quãtum attinet (vt dixi) ad mortẽ huj⁹ corpis viſibilẽ atq̃ carnalẽ. Quãtũ autẽ ptinet ad illã mortẽ / de q̃ terret dñs (ꝙa mortui ſũt pr̃es iſtor̃) mãducauit mãna ⁊ aaron: mãducauit mãna et moyſes: mãducauit mãna ⁊ finees: mãducauerũt ibi multi q̃ dño placuerũt: ⁊ mortui nõ ſũt Quare? Quia viſibilẽ cibũ ſpiritaliter intellexerũt ſpiritaliter eſurierũt. ſpiritaliter guſtauerũt: vt ſpiritaliter ſatiarent. Nã et nos hodie accipim⁹ viſibilẽ cibũ: ſed aliud eſt ſacramentũ: aliud virtus ſacramẽti. Patres nr̃i mãna mãducauerũt: et mortui ſũt. Non quia malũ erat manna: ſed quia male mãducauerũt. Hic eſt panis qui de celo deſcẽdit. Hũc panẽ ſignificauit manna: hunc panẽ ſignificauit altare dei. Sacramenta illa fuerũt. in ſignis diuerſa ſũt. in re que ſignificatur paria ſunt. Apoſtolum audi. Et oẽs eandẽ eſcam ſpiritalẽ mãducauerũt. Spiritalẽ: vtiq̃ eandẽ. Nã corpalẽ / alterã. Quia illi mãna: nos aliud. Spiritalẽ vero / quã nos. Sed patres nr̃i: nõ patres illor̃: q̃b⁹ nos ſimiles ſum⁹: nõ q̃bus illi ſiles fuerũt. Et adtũgit. Et oẽs eundẽ potũ ſpiritalẽ biberũt. Aliud illi. Aliud nos: ſed ſpecie viſibili. q̃ tamẽ idẽ ſignificare et virtute ſpiritali. Quomõ enĩ eũdẽ potũ? Bibebãt (inquit) de ſpiritali ſeq̃nti petra. Petra aũt erat x̃ps Inde panis Inde pot⁹. Petra x̃ps in ſigno. ver⁹ x̃ps in verbo: et in carne. Et quõ biberũt? Percuſſa eſt de virga bis petra. Gemina percuſſio: duo ligna crucꝭ ſignificat. Hic eſt ergo panis de celo deſcendẽs. vt ſi q̃s ex ipo mãducauerit nõ moriatur. ſed q̃ ptinet ad virtutẽ ſacramẽti: nõ quod ptinet ad viſibile ſacramentũ. Qui mãducat intus: nõ foris. Qui mãducat in corde nõ qui premit dente.

Wanna ſignificabat euãgeliã

B Exo. xvii.

Extrac. euãgelij ſm ioã. xiv.

¶ Et oẽs p mare trãſierũt. et oẽs in moyſe baptizati ſũt in nube et in mari. Et oẽs eandẽ eſcã ſpiritalẽ manducauerũt. et oẽs eundẽ potũ ſpiritalẽ biberũt. Mare rubrũ ſignificat baptiſmũ. Moyſes / ductor̃ p mare rubrũ / ſignificat x̃pm. Popul⁹ trãſiens / ſignificat fideles. Mors egyptior̃ / ſignificat abolitionẽ pctor̃. In ſignis diuerſis / eadẽ fides. Significata ergo ſũt oĩa. nunq̃d nõ eadẽ credebãt p quos hec ſigna miniſtrabant: p quos ea q̃ credim⁹ pphetata pnũciabant? Utiq̃ credebant. Sed illi vẽtura eſſe. nos aũt veniſſe. Ideo ⁊ ſic ait Eundẽ potũ ſpiritalẽ biberũt. Sed ſpiritalẽ eundem: nã corpalẽ nõ eundẽ. Quid enĩ illi biberunt? Bibebãt enĩ de ſpiritali ſequẽti petra. Petra aũt erat x̃ps. Videte aũt fide manente. ſigna variata. Ibi petra x̃pus. Nobis x̃ps. q̃ in altare dei ponit Et illi p magno ſacramẽto eiuſdẽ chriſti biberunt aquã pfluentẽ de petra. Nos q̃d bibamus / nozũt fideles. Si ſpeciẽ viſibilẽ intẽdas: aliud eſt. Si intelligibilem ſignificationẽ: eundẽ potũ ſpiritalem biberunt.

Ware rubrũ ſignificat baptiſmum moyſes x̃pm pp̃s fideles.

Extrac. p̃ũ. lxxvii.

¶ Profecto erãt etiã in illo pp̃o q̃ intelligerẽt habentes fidẽ / q̃ poſtea reuelata eſt. nõ ad legis litterã: ſed ad gr̃am ſpũs ptinẽtẽ. Nõ enĩ ſine ipſa fide fuerãt / q̃ eius in x̃po futurã reuelationẽ puidere ⁊ pnũciare potuerũt. cũ et illa vetera ſacramenta / ſignificãtia fuerint futurorũ. An ſoli pphete habebant hãc fidem. nõ et pop̃lus? Immo vero / etiam qui pphetas fideliter audiebãt / eadẽ adiuuabant gratia / vt intelligerẽt q̃ audiebãt. Sed (vtiq̃) ſacramentũ regni celorũ velabat in veteri teſtamento. quod plenitudine tẽporis reuelaretur in nouo. Ait apoſtolus. Et omnes eundẽ cibũ ſpiritalẽ mãducauerũt. et oẽs eundẽ potum ſpiritalẽ biberũt. Bibebãt autẽ de ſpiritali / ſequẽti eos petra. Petra autẽ erat x̃pus. Idem itaq̃ in myſterio cib⁹ et potus illorũ / qui et noſter. Sed ſignificatiõe idem nõ ſpecie. Quia idẽ ipſe chriſtus illis in petra figuratus: nobis in carne manifeſtatus. Sed nõ (inq̃t) in oĩbus illis beneplacitũ eſt deo Omnes quidem eundẽ cibũ ſpiritalẽ manducauerũt. et eundẽ potũ ſpiritalem biberunt (ideſt ſpiritale aliquid ſignificantem)

[Bibebant autẽ de ſpiritali conſequẽti eos petra. Petra autẽ erat chriſtus]

Mõ ſolum pphẽ ſz etiam aliq̃ de pp̃o habebãt fidem ⁊ intelligẽtiã futurorum.

¶ Sicut enĩ mos eſt diuinor̃ in ſcripturis ſanctis myſteriorũ: vt idẽ homo / alias aliã / atq̃ aliã pre aliqua ſignificãda / pſonam gerat: tũc moyſes populi iudeorũ ſub lege poſiti pſonam gerebat. eñq̃ in pphetica prenunciatiõe figurabat. Sicut ergo Moyſes / petrã virga pcutiens: de dei virtute dubitauit. Ita ille pp̃us / qui ſub lege p moyſen data tenebat chriſtũ ligno crucis affigens: eum virtutẽ dei eſſe nõ credidit. Sed ſicut pcuſſa petra / manauit vnda ſitientibus: ſic plaga dñice paſſionis / effecta eſt vita credẽtibus. Habem⁹ enĩ de hac re preclariſſimã ac fideliſſimã vocẽ apoſtoli cũ inde loq̃retur dicẽtis. Petra autẽ erat x̃pus.

Ex lib. cõtra fauſtũ. c. xvi

Percuſſa petra paſſionẽ x̃pi ſignificat.

C

¶ Quod de petra aqua educta eſt: ap̃lus Paul⁹ quid eſſet expoſuit. Ubi ait. Et omnes eundẽ potum ſpiritalẽ biberũt. Bibebãt autẽ de ſpiritali ſequẽti petra. petra autẽ erat x̃pus. Significata eſt ergo de chriſto piluens gratia ſpiritalis: qua interior̃ ſitis irrigarẽt. Sed et q̃ virga petra pcutitur: crux chriſti inguratur. Ligno enĩ accedente ad petram: gratia iſta manauit. Et q̃ bis percutitur: euidentius ſignificat crucem. Duo quippe ligna ſunt crucis.

Ex lib. q̃ſtionũ numeri titulo. xxxv.

Crux x̃pi figurat p virgã q̃ percuſſa ẽ petra.

¶ Mã qui diſrupit mare et traiecit eos. Et ſtatuit aquas quaſi in vtres / vt ſic ſtaret vnda q̃ſi fuiſſet incluſa: poteſt p ſuam gratiã cohibere fluida et labentia concupiſcẽtiarũ carnaliũ / cũ fideliter huic ſeculo renunciãt. vt tanq̃ inimicis / pctis oĩbus p̃deletis: fideliũ pp̃us p ſacramẽtum baptiſmatis traijciat. Qui deduxit eos in nube diei. et tota nocte in illumiatione ignis: poteſt etiã ſpiritaliter dirigere itinera. ſi ad eũ clamet fides: itinera mea dirige ſecundũ verbũ tuũ. De quo et alibi dicit. Ipe enĩ rectos faciet greſſus tuos. et itinera tua in pace pducet / per teſum chriſtũ dominũ noſtrũ. cui⁹ in hoc ſeculo tanq̃ in die ſacramentũ manifeſtatũ eſt in carne / velut in nube. In iudicio vero tanq̃ nitore nocturno. quia tũc erit magna tribulatio ſeculi tanq̃ ignis. ⁊ lucebit iuſtis / et ardebit iniuſtis Qui diſrupit in deſerto petram. et adaquauit eos ſicut in abyſſo multa: poteſt vtiq̃ ſitiẽti fidei donũ ſpũs ſancti (quod illa res geſta ſpiritaliter ſignificabat) infundere / de ſpirituali ſequenti petra. quod eſt x̃pus. qui ſtabat et clamabat: ſi q̃s ſitit: veniat ad me et bibat. Qui biberit de qua / quã ego dabo ei: flumina aque viue fluent de vẽtre eius. Hoc enĩ dicebat (ſicut in euangelio legitur) de ſpiritu quẽ accepturi erant credẽtes in eum. Ad quem velud

Extracta. p̃ũ. cilli.

Johan. vii.

virga / lignum passionis accessit: vt emanaret credentibus gratia.

Extrac. euãgelij ſm ioã. lxiii.

¶ Non est dictũ / Petra significabat christũ: sed petra erat christus. Nec dictũ est / Bonum semen significat filios regni. Aut zizania significat filios maligni: sed dictũ est: bonũ semen / hij sũt filij regni zizania autẽ filij maligni. Sic ergo solet loqui scriptura. Res significãtes / tanꝯ eas que significantur appellans.

Ex lib. q̃stionũ gene. titulo. lix.

¶ Multum hec locutio notanda est: vbi aliqua significantia: earũ rerũ quas significant noĩe appellantur. Inde est quod ait apl̃us. Petra autẽ erat christus. Non ait. Petra significabat christum.

Ex lib. q̃stionũ leuitici. titulo. lix. Gene. xli.

¶ Solet res q̃ significat / eius rei noĩe quã significat nuncupari. sicut scriptũ est septẽ spice / septem anni sũt. Nõ enĩ dixit septem annos significant: et septem boues septẽ anni sũt: et multa huiusmodi. Hinc est quod dictũ est Petra erat xp̃us. Nõ enĩ dixit Petra significabat xp̃m. sed tanꝯ hoc esset quod vtiꝯ p substantiam nõ hoc erat: sed per significationem.

Ex libro de ciuitate dei. xviii.

talitatem sed de vno et solo deo qō est ipa trinitas. Neqz enī ipsa vita eterna mortalis est scōm aliquā mutabilitatē. Et p hoc filiꝰ dei ꝙ vita eterna est cū pre etiā ipe intelligit, vbi dictū est. Solꝰ habet im mortalitatē. Et enī vite eterne t nos pticipes sctī p modulo nr̄o imortales efficimur. Sed aliud est ipa cuiꝰ pticipes efficimur vita ekna. aliud nos qui eiꝰ pticipatiōe viuem⁹ in eknū. Si enī dixisset quē tpibus ppriis ostēdet pr̄ btūs et solꝰ potēs rex regū et dn̄s dn̄antiū ꝙ solus habet imortalitatē nec sic inde sepatū filiū oporteret intelligi. Neqz enī qz ipe filiꝰ alibi loquēs voce sapiētie ipa enī est dei sapiētia ait. girū celi circuiui sola separault a se patrē ꝛ tomagis ergo nō est necesse vt tantūmō de patre pter filiū intelligat qō dictū est. ꝙ solꝰ habet imortalitatē cū ita dictū sit vt ꝓpter inḋt mādatum sine macula irreprehensibile vsqz in aduentū dn̄i nr̄i ihesu xp̄i quē tēporibus pp̄is ostēdet btūs et solꝰ potēs rex regū et dn̄s dn̄antiū. ꝙ solꝰ habet imortalitatē t lucem habitat inaccessibilē. quē nemo hoim vidit nec videre potest. cui est honor et glia in secula seculoz amē. In qb⁹ vbis nec pater pp̄e noiatus est nec filiꝰ nec spūs sctūs. sz btūs et solꝰ potēs rex regū et dn̄s dn̄antiū qō est vnꝰ et solus verꝰ deꝰ ipsa trinitas nisi forte ꝙ sequunt pturbabūt hūc intellectum qz dixit. quē nemo hoim vidit nec videre potest cū hoc etiā ad xp̄m ptinere scōm eius diuinitatē accipiat. quā nō viderūt iudei ꝙ tū carnē viderūt et crucifixerūt. Videri aūt diuinitas humano visu nullomō potest. sz eo visu videt quo tā qui viderit nō hoies sed vltra hoies sūt. Recte ergo deus ipa trinitas itelligit btūs et solꝰ potēs ostēdēs aduētū dn̄i nr̄i ihesu xp̄i tpibus pp̄is. Sic enī dictū est solꝰ habet imortalitatē quō dictuz est ꝙ facit mirabilia magna solꝰ. Nō velim scire de quo dictū accipiant Si de pr̄e tantū quō ergo verū est qō ipe filiꝰ dicit q̄cūqz eī pater facit hec et filiꝰ facit siliter? An q̄cqz est inter mirabilia mirabiliꝰ q̄z resuscitare et viuificare mortuos? Dicit aūt idē filiꝰ. Sicut pr̄ suscitat mortuos t viuificat. Sic et filiꝰ quos vult viuificat Quō ergo solꝰ pater facit mirabilia cū hec ꝛba nec patrē tantū nec filiū tātū pmittāt intelligi. sed vtiqz deū vnū verū solū idest patrē et filiū et spūm scm̄.

Diuinitas hūano visu videri nequit.

Ps. cxxxv.

Joh. v.

Ibidem.

Qui solus habet immortalitatem.

Ex tractatu euāgelii sm̄ iohānē. xx. Mutabilitatis mors nō ē i deo.

¶ Quicqd etiā a meliore in deteriꝰ et a deteriore i meliꝰ mutat nō est hoc deus qz neqz in meliꝰ ire potest sūma bonitas neqz in deteriꝰ vera eknitas. Vbi vera aūt eternitas est vbi tpis nihil est. Erat aūt mō hoc modo illud tā tēpus admissū est eternū nō est Mā vt noueritis qz nō sic deus quō aīa certe imortalis est aīa. Quid ergo est qō ait aplus de deo qui solus habet immortalitatē qz solꝰ habet verā eternitatē. Ergo ibi nulla mutabilitas.

Ex libro de trinitate. i. Immortalitas ꝙ est vera incōmutabilitas conuenit soli deo. Ps. ci.

¶ Qō ait aplus ꝙ solꝰ habet immortalitatē cum t aīa quodāmō immortalis dicat esse et sic nō diceret solꝰ habet nisi qz vera imortalitas incōmutabilitas est quā nulla potest habere creatura qm̄ solꝰ creatoris est ps̄ et iacobꝰ dicit. Omne datū optimū t omne donū pfectū de sursū est descendēs a patre luminū apō quē nō est cōmutatio nec momēti obūbratio. Hoc et dauid. Mutabis ea et mutabunt tu aūt idem ipe es.

Ex libro sentēnaz. p. sp̄i.

¶ Vera eternitas t vera imortalitas nō est nisi in deitate trinitatis cui qō est esse ppetuū est qz natura initio carēs incremēto nō indigēs sicut nullū finē ita nullā recipit mutabilitatē ¶ Creature aūt etiā ille ꝙbus deꝰ eternitatē dedit vel daturꝰ est nō penitus oīs finis aliene sūt qz nō sūt extra ꝓmutationē dū illis finis est et tēporalis institutio t localis motio et ipa in augmentū sui facta mutatio.

Et lucē inhabitat inaccessibilē: quē nullus hominum vidit sed nec videre potest cui honor et imperiū sempiternū amen.

Ex epla ad tralicam. Visibile corporeis oculis ē in loco.

Omne qppe qō oculis corpis cōspici potest in loco aliq̄ sit / necesse est nec vbiqz sit totū sed minore sui pte minorem locū occupet t maiore maiorē. Nō ita est deꝰ inuisibilis t incorruptibilis ꝙ solꝰ habet immortalitatē t lucē habitat inaccessibilē quē nemo hoim vidit nec videre potest. Per ꝺ enī videri ab hoie nō potest p qō videt hō corpe corpa. Mā si et mētibus pioꝝ esset accessibilis nō diceret. accedite ad eū et illuiamini. Et si mētib⁹ pioꝝ esset inuisibilis nō diceret. videbim⁹ eū sicuti est.

Ps. xxxiii.

i. Joh. iii.

Ex tractatu pi. cxviii. Ps. xxxiii.

¶ Dictū est. deꝰ habitat lucē inaccessibilē. et audimus tū. accedite ad eū et illuiamini. Que vtiqz solui tur q̄stio vt inaccessibilis sit viribus nr̄is accedat aūt ad eū muneribus suis.

Ex libro de genesi ad literam. viii. Loquēdi modus in deo.

¶ Si modū q̄rimus quō locutꝰ sit deꝰ certissime tenere debem⁹ deū aut p suā substantiā loq aut p sibi subditā creaturā. sz p substātiā suā nō loq nisi ad creādas oēs naturas. ad spūales vero atqz intellectuales nō solū creandas sed etiā illuminādas cū iā possūt capere locutionē ei⁹ q̄lis est in ꝛbo ei⁹ qō in p̄ncipio erat apō deū et deꝰ erat ꝛbū p qō fctā sūt oīa. Illis aūt ꝙ eū capere nō possūt cū loquit deꝰ nō nisi p creaturā loquit. aut tātūmō spūalem siue in somnis siue inexta si in infirmitatē corpalū aut etiā p ipam corpalem dū sensib⁹ corpis vel aliq̄ species appet vel insonāt voces. Ad hoc enī aliqz to latius de hac re disserere volui qz nōnulli heretici putant substātiā filij dei nullo assūpto corpe p se ipam eē visibilē et ideo anteqz ex ꝛgine corp⁹ accipet ipm esse visum pr̄ibus opinant tanqz de solo deo patre dictū sit. quē nemo hoim vidit nec videre potest qz filiꝰ visus sit ante acceptā serui formā etiā p ipsaz substantiā suā que ipietas, pcul a catholicis mentibus repellēda est.

Joh. i.

Diuitib⁹ hui⁹ seculi p̄cipe nō sublime sapere: neqz sperare in incerto diuitiaz sed in deo viuo ꝙ prestat nobis omia abūde ad fruēdū: bene agere: diuites fieri in bonis opibus: facile tribuere. cōmunicare thesaurizare sibi fundamētū bonū in futurū: vt apphendāt verā vitam.

Ex sm̄one de verbis euāgelij.

Nihil enī tā timendū est in diuitijs q̄z superbia. Denīqz aplus Paul⁹ hoc ammonet timotheū p̄cipe inḋt diuitib⁹ hui⁹ mūdi nō supbe sape. Nō enī diuitias expauit sz morbū diuitiaz. Morb⁹ autē diuitiaz est supbia magna. Nam grādis anim⁹ est ꝙ inter diuitias isto morbo nō tentat. Maior anim⁹ diuitijs suis vicēs nō cōcupiscēdo sed contēnēdo. Magn⁹ est ꝙ diues ꝙ nō se ideo magnū putat qz diues ē. Qui aūt ideo magnū se putat supb⁹ et egen⁹ est in carne crepat in corde mēdicat inflat⁹ est nō plen⁹. Vtres aūt duos videas. vnū plenū alterū inflatū in vtroqz eadē est magnitudo. sz nō in vtroqz eadē plenitudo. Si attēdis falleris si appēdis iuenies. Qui plen⁹ est difficile mouet ꝙ inflat⁹ est cito aufert. [Precipue ergo inquit diuitib⁹ hui⁹ mūdi. Nō adderet hui⁹ mūdi nisi quia sūt diuites et nō hui⁹ mūdi. Qui sūt diuites nō hui⁹ mūdi? Quoz princeps t caput est ille de quo dictū est. Pauper ꝓ nobis factꝰ est cū di

Diues magnus.

Plenus t inflatus.

Diues nō hui⁹ mūdi

ii. Cor. viii.

H

ii. Cor. viii. ues esset. Sed si ille sol⁹ q̄d pfuit? Vide q̄d sequit. vt illi⁹ pauptate vos ditaremi. Puto q̄ pauptas xp̄i nō nob attulit pecuniā sz iustitiā. pauptas autē illi⁹ vnde? q̄ mortalis effect⁹ est ḡ diuitie ẏe imortalitas. Ibi enī ẏa copia vbi nulla indigētia. Q̄ ḡ nos imortales fieri nō possem⁹ nisi p nob xps mortalis esset effect⁹ ideo paup fact⁹ est cū esset dives. Hi sūt diuites sz nō hui⁹ mūdi nec tñ et diuites mūdi cōtēpti sūt. Et ipos lucratus est sua pauptate q̄ cū dives esset ꝓpter nos paup effect⁹ ē. Mā si eos contēpsisset ⁊ in nūero suoꝝ habere noluisset nō timotheo sicut dicebā ap̄lus p̄cepisset vt ipe p̄cipet Precipe inq̄t diuitib⁹ hui⁹ mūdi Inter hos q̄ fide sūt diuites sūt q̄dā diuites hui⁹ mūdi. p̄cipe illis q̄ et ipi mēbra illi⁹ paupis facti sūt p̄cipe illis q̄d illis timeas a diuitijs. Nō supbe sape nec̄ spare in incerto diuitiaꝝ. Inde enī supbit dives q̄ sperat ī incerto diuitiaꝝ. Mā si incerta diuitiaꝝ p̄uideter attenderet nunq̄ supbiret sed semp timeret. q̄to esset diuitior tāto fieret sollicitior et ꝑm hāc vitā nō solū ꝑm illā. Multi enī in istis isti⁹ scli pturbatiōib⁹ securiores paupes fuerūt Multi aūt ꝓpter suas diuitias q̄situ⁊ corepti sūt. Multi se habuisse planxerūt qō semp habere mīme potuerūt. Precipe ḡ diuitib⁹ hui⁹ mūdi nō supbe sape et fiet in eis qō audiuim⁹ in puerbio salomonis. Sūt q̄ se huiliāt cū sint diuites. Et scōm istas diuitias tpales fieri potest. Sit huilis plus gaudeat q̄ xp̄ianus est q̄ dives est Nō inflet nō extollat. Attēdat paupē fratrē / nō dedigneꝝ frater paupis appellari. q̄tūcūq̄ enī dives sit ditior est xps q̄ fratres suos voluit esse p q̄ bus sanguinē fudit. Tamē ne dicerēt diuites se nō habere q̄d faciāt de diuitijs suis ammonuit timotheū vt eos etiā cōsilio regeret non solū p̄cepto cohiberet. Cū dixisset nec̄ spare in incerto diuitiarū ne se spem p̄didisse arbitrarenꝝ subiecit. sed in deo viuo q̄ p̄estat nob oīa abūdāter ad fruēdū. Tpalia ad vtēdū eterna ad fruēdū. Sz de diuitijs suis q̄d faciāt? Diuites inq̄t sint in opibus bonis facile tribuāt hoc p̄sūt diuitie ne sit tibi difficultas ẏbuēdi. Vult enī paup et nō potest. vult dives et potest Facile tribuāt cōicent thesaurizēt sibi fundamētū bonū in futuro vt ap̄hēdāt verā vitā. Mā ista vita falsa est. Hui⁹ vite falsitate decept⁹ ille in purpura et bysso iacētē vlcerosū pauperē ante suā ianuā cōtēnebat. Sed ille linct⁹ a canib⁹ thezaurū sibi eternū in abrahe gremio cōpabat. Et si nō abūdāti facultate pia tñ et optima volūtate. Ille aūt dives q̄ sibi magn⁹ videbat in purpura et bysso mortu⁹ est et sepult⁹ est. Et q̄d inuenit? Eternā sitim ideficiētes flāmas. Successit ignis purpure ⁊ byssō. ea tunica ardebat q̄ se exspoliare nō poterat. Pro epulis ariditas et desideriū gutte de digito paupis sicut ille micarū de mēsa diuitis. sed illi⁹ egestas p̄tēriens huius pena ꝑmanēs. Hoc attendāt diuites hui⁹ mūdi et nō supbe sapiāt facile tribuāt cōicent thesaurizēt sibi fundamētū bonū in futurū ibi sunt ẏe diuites sed nō hui⁹ mūdi vt ap̄hēdāt verā vitā

Causa supbie diuitis

Quibus fruendum et q̄b⁹ vtēdum sit.

Luce. xvi.

Diuitś auari cōmutatio.

Irē ex sermone de verbis euāgelii. v

Supbiam generāt diuitie.

Qui nolūt diuites fieri vel q̄ nō curāt vel nō ardent cupiditatib⁹ nō auaricie facib⁹ accēdunt. sed diuites sūt audiāt ap̄lum p̄cipe diuitib⁹ hui⁹ mūdi Precipe q̄d? Precipe ante oīa nō supbe sape. Nihil est enī q̄ sic generēt diuitie quō supbiā. Omne pomū / omne granū / omne frumētū / oīe lignū habet vermē suū. Et ali⁹ est ẏmis mali. ali⁹ piri. alius fabe. ali⁹ tritici ẏmis diuitiaꝝ supbia. Ergo p̄cipe diuitib⁹ hui⁹ mūdi nō supbe sape. Unde aūt supbe sape? de eo q̄ sequit. Nec̄ spare in incerto diuitiarū. Qui nō sperāt in incerto diuitiaꝝ nō supbe sapiunt. Si nō altū sapiūt timeāt. si timent nō altū sapiunt. q̄multi heri diuites hodie pauperes. q̄multi dormiūt diuites ⁊ venientibus latronib⁹ et cūcta auferentib⁹ euigilāt paupes. Ergo nō spare in incerto diuitiaꝝ. sz in deo viuo q̄ p̄estat nob oīa abūdāter ad fruēdū tpalia ⁊ eterna. sed magis ad fruēdū eterna. ad vtendū tpalia. Tanq̄ viatorib⁹ ad fruēdū eterna tanq̄ habitatorib⁹. tpalia vnde bona faciam⁹ eterna vt boni efficiamur. Ergo hoc faciant diuites nō supbe sapiāt nec̄ sperēt in icerto diuitiarū. sz in deo viuo q̄ p̄stat nob oīa abūdāter ad fruendū hoc faciāt. Ex eo aūt quod habēt q̄d faciāt? Audi q̄d. Diuites sint in opib⁹ bonis facile tribuāt habēt ei vnde q̄re nō faciūt? Pauptas. difficultas ē. facile ẏbuāt habēt vñ cōicēt: idest pares suos mortales aḡscāt. Cōicent thesaurizēt sibi fundamentū bonū in futuꝝ Nō enī q̄ dico inq̄t facile tribuāt cōmunicent expoliare illos volo / nudare illos volo / inanes relinq̄re volo. Doceo lucrū cū ostendo. thesaurizēt sibi nō enī volo vt paupes remaneāt. Thesaurizēt sibi nō vt p̄dāt dico sz quo migrēt ostendo Thesaurizēt sibi fundamētū bonū in futuꝝ vt ap̄hendāt verā vitā. Hec ḡ falsa vita est. Ap̄hendāt verā vitam. Vanitas enī vanitatū et oīa vanitas. Que abundātia tāta hois in oī laboze suo quo ipe laborat sub sole? Ap̄hēdenda est ḡ vera vita mi grande sūt facultates nr̄e ad locū vere vite vt hoc ibi inueniam⁹ quod hic damus.

Vita hec est falsa. Eccl. i.

¶ Paup dei in aio est nō in sec'o. pcedit aliq̄n hō habens plenā domū vberes ẏas multa p̄dia m'tū auri et argēti. Novit q̄ in his nō est p̄sumēdū huiliat se deo facit inde bene. Ita coz ip⁹ erigitur ad deū vt nouerit quia nō solū nihil illi. pficiūt diuitie ipe. sed ip̄ediūt pedes ip⁹ nisi ille erigat ⁊ ille subueniat ⁊ numerāt inter paupes q̄ saturanꝝ panib⁹. Inuenis aliū mendicū inflatū aut ideo nō inflatū q̄ nihil habet q̄rētem tñ vnde inflet nō attēdit de⁹ facultatē sed cupiditatē. Et iudicat eū scōm cupiditatē qua inhiat reb⁹ tpalibus nō scōm facultatē quia nō ei cōtigit adipisci. Unde enī de diuitib⁹ dicit ap̄lus. Diuitib⁹ hui⁹ seculi p̄cipe nō supbe sapere nec̄ spare in incerto diuitiarū. sed in deo viuo q̄ nobis p̄stat oīa abundāter ad fruēdū. Quid ergo faciēt de diuitijs suis? Sequit ⁊ dicit. Diuites sint in opib⁹ bonis facile tribuāt cōicēt. Et vide q̄ hic paupes sūt. Thesaurizēt inq̄t sibi fundamētū bonū in futurū vt ap̄hendāt verā vitā. Cū ap̄henderint tūc erūt diuites qñ autē nō eā adhuc habēt nouerit se paupes. Ita fit vt oēs builes sctō corde et in charitate germana cōstitutos quicq̄d habuerint in hoc sec'o inter paupes suos numeret deus quos saturet panibus.

Ex tractatu p̄i. cxxxi. Pauper dei in aio est non in seculo.

O timothee depositū custodi: deuitans ꝓphanas vocū nouitates et oppositiones falsi nominis sciētie: quā quidā promitttentes circa fidem exciderūt. Gratia tecum Amen.

Ex libris cōtra faustū. ii. Cor. xi.

Veniat in mētem aduersus tales ap̄lica illa ammonitio. Aptaui vos vni viro virginē castam exhibere xp̄o Timeo autē ne sicut serpēs euā fefellit sua astutia sic et vestre mentes corrūpant a castitate q̄ est in xp̄o Quid enī agūt isti euāgelizantes nobis p̄ter qō accepim⁹ nisi vt nos a castitate corrumpant quā xp̄o seruam⁹? Quando legē dei culpāt noīe vetustatis et errorē suū laudāt nomīe nouitatis q̄si omis ve-

Lex non ē dānanda idcirco q̄ vetusta.

tustas fugienda sit. aut omnis nouitas appetenda cum et mādatum vetus in laudē ponat apostolus ioannes/et prophanas verborū nouitates euitari iubeat aplus Paulus.

Extractatu euāgelii sm toh̄. xciiii.

¶ Non enim ait deuitans verborū nouitates. sed addidit prophanas. Sunt enī et doctrine religionis/congruētes verborū nouitates sicut ipsum nomen christianorū quādo dici ceperit scriptū est. In antiochia enī primū post ascensionem domini appellati sūt discipuli xpiani. sicut legimus in actib⁹ apostolorū. Et xenodochia et monasteria postea sūt appellata nouis noīb⁹. Res tamē ipse et ante nomina sua erant et religionis veritate firmantur. qua etiā cōtra improbos defendunt aduersus impietatē arrianorū hereticorū. Nouum nomē pres omousion condiderūt. sed nō rem nouā tali nomine signauerunt. Hoc enī vocatur omousion quod est ego et pater vnū sumus/vnius videlicet eiusdemq substātie. Mā si oīs nouitas pphana esset nec a domino diceret. mandatum nouū dono vobis/nec testamentū nouū appellaret nec cantaret vniuersa terra canticum nouū. Sed prophane sunt verborū nouitates vbi dicit mulier insipiēs et audax. Panes occultos libēter attingite et aque furtiue dulcedinē. Ab hac pollicitatiōe falsē scientie prohibet dicens O timothee depositum custodi deuita pphanas vocū nouitates et cōtradictiones falsi nomis scientie quā quidā promittentes circa fidem exciderunt. Nihil enī sic amant isti q̄s scientiā promittere et fidem rerū verarū quas credere puuli pcipiunt velut imperitiā deridere.

Ō nō omis nouitas sz vana dānatur. Christiani pmū appellati.

Joh. xiii.

Prouer. ix.

Argumentū in epistolam secundam ad Timotheum.

Item timotheo scribit de exhortatione martyrij et omnis regule veritatis et quid futurū sit tēporibus nouissimis. et de sua passione: scribens a roma.

Expositio eiusdem diui Aurelij Augustini episcopi: in secundam eiusdem diui Pauli ad timotheum epistolā: ab eodē venerabili Beda presbytero collecta.

Epistola ij. ad timotheum.

Paulus apostolus iesu xpi: p volūtatem dei sm promissionē vite q̄ est in xpo iesu. timotheo charissimo filio gratia et misericordia et pax a deo patre nostro et christo iesu domino nostro. Gratias ago deo meo cui seruio a pgenitoribus meis in conscientia pura: q̄ sine intermissione habeam tui memoriam in orationib⁹ meis nocte ac die desiderans te videre memor lachrymarum tuarū vt gaudio implear. Recordationem accipiens eius fidei que est in te nō ficta que et habitauit primum in auia tua loide et matre tua eunice: certus sum autē q̄ et in te. Propter quā causam admoneo te: vt resuscites gratiā dei que est in te p impositionē manuū mearū. Non enī dedit nobis deus spiritum timoris: sed virtutis et dilectiōis et sobrietatis. Noli itaq̄ erubescere testimonium dñi nostri neq̄ me vinctū eius: sed collabora euangelio secundū virtutē dei. qui nos liberauit et vocauit vocatiōe sua sancta: nō secundū opera nostra. sed secundū p̄positum suū et gratiā que data est nobis in xpo iesu ante tēpora secularia. Manifestata est autē nunc p illuminationē saluatoris nr̄i iesu christi: qui destruxit q̄dē mortē. illuminauit autē vitā et incorruptionē p euangeliū: in quo positus sum ego p̄dicator et apostol⁹ et magister gentiū. Ob quā causam etiā hec patior: sed nō confundor. Scio enim cui credidi: et certus sum quia potēs est depositū meū seruare in illū diē. Formam habe sanorū verborū que a me audisti in fide et in dilectione in xpo iesu. Bonū depositū custodi: p spiritū sanctū qui habitat in nobis. Scis enī hoc q̄ auersi sūt a me oēs qui in asia sunt: ex q̄bus est phigel⁹ et hermogenes. Det misericordiā dñs onesiphori domui: quia sepe me refrigerauit et cathenā meā nō erubuit: sed cū roma venisset sollicite me quesiuit et inuenit. Det illi dominus inuenire misericordiā a deo in illa die. et quāta epheso ministrauit mihi tu melius nosti.

Ex libro de gra et libero arbitrio.

Spūs timoris dei. Esa. xi.

Et hoc apli testimonio cauere debem⁹. ne nos arbitremur nō accepisse spūm timoris dei q̄s sine dubio magnus est dei donū de quo dicit pphet esaias. Requiescet sup eum spūs sapiētie et intellect⁹ spūs cōsilij et fortitudinis. Spūs scientie et pietatis spūs timoris dei. Nō quo timore petrus xpm negauit. sed illi⁹ timoris spm accepim⁹ de quo dicit ipe dñs iesus. Ēū timete q̄ habet potestatē et corp⁹ et animam pdere in gehennā. Ita dico vobis hūc timete hoc autē dixit ne illo timore negarem⁹ eum quo turbatus est petr⁹. Hūc enī auferri a nobis voluit cū prius dixit. Nolite timere eos q̄ corp⁹ occidūt et postea nō habēt q̄d faciāt. Huius timoris nō accepim⁹ spiritū sed virtutis et charitatis et continētie. De quo spū idem ipe ad romanos ait. Gl'amur in tribulatiōibus scientes quoniā tribulatio patien-

Mat. x.

Ibidem.

Ro. v.

A

liam opaꝝ patientia, pbationē, pbatio spem. Spes aūt nō cōfundit quia charitas dei diffusa est in cordibus nostris p spiritū sanctū q̄ datꝰ est nobis. Nō itaq; p nos sed p spūm sctūm q̄ datꝰ est nobis. Ipa charitate fit quā donū dei esse manifestat vt tribulatio nō auferat. sed potius operet patientiā.

Ex libro de correptiōe et gratia. Libertate magꝝ opus est contra mūdi erro res.

¶ Maior q̄ppe libtas est necessaria aduersus tot et tantas tentatiōes q̄ in paradiso nō fuerūt dono pseuerātie munita atq; firmata vt cū oibꝰ amoribꝰ terroribꝰ erroribꝰ suis vincaꝝ hic mundꝰ. Hoc sctōrū martyria docuerūt donāte illo a quo miam consecuti sunt vt fideles essent a quo acceperūt spiritū nō timoris quo psequētibus crederēt. sed virtutis et charitatis ⁊ cōtinentie quo cūcta mināția cūcta mutantia cūcta cruciātia superarēt.

Capitulum secundum.

Ex tractatu pl. lxxi. Sāctitate excellētes idonei sūt ecclesie.

TU ergo fili mi confortare in gratia q̄ est in xpo iesu: et que audisti a me p multos testes hec cōmenda fidelibꝰ hoibꝰ: qui idonei erūt et alios docere.

¶ Excellenti ergo sanctitate eminentes in eccl'ia idonei sūt et alios docere sic loquendo vt fideliter instruātur sic viuēdo vt salubriter imitent.

Labora sicut bonus miles xpi iesu. Nemo militās deo iplicat se negotijs secularibus vt ei placeaꝝ cui se pbauit. Nam et qui certat in agone non coronabit niſi legitime certauerit. Laborantē agricolam oportet primū de fructibꝰ accipere. Intellige que dico: dabit enī tibi dōs in omnibus intellectum.

B

Ex lib. ō ope monachoꝝ. i. Thi. v.

TImotheū quē dicit germanissimū filiū qm̄ sciebat corpe infirmū sicut ostendit monēs eū ne aquā biberet: sed modico vino vteret, ppter stomachū et frequentes suas infirmitates q̄ in ope corpali laborare nō poterat ne forte cū indigere vellet victu quotidiano ab eis q̄bus euangeliū ministrabat aliq̄ sibi negotia q̄reret q̄bus animi ei⁹ implicaret intētio. Aliud est enī corpe laborare aīmo libero sicut opifex potest si nō sit fraudulentus et auarus ⁊ p̄uate rei auidus. Aliud autē ip̄m aīm occupare curis colligende sine corpis labore pecunie: sicut sūt vel negociatores vel procuratores vel conductores. cura enī p̄esūt nō manibꝰ opātur. Ideoq; ip̄m aīm suū occupāt habēdi sollicitudine. Timotheū ergo ne in talia icideret q̄ p infirmitatē corpis manibꝰ operari nō poterat sic exhortaꝝ et monet et cōsolatur. Labora inq̄t sicut bonꝰ miles xpi iesu. Nemo militans deo iplicat se negotijs secularibꝰ vt placeat cui se pbauit. Nam q̄ in agone contēdit nō coronabitur niſi legitime certauerit. Hinc ne ille āgustias pateret dicēs fodere nō possum: mēdicare confundor. adiūxit statim laborantē agricolā p̄mū oportet de fructibus percipere scōm id q̄ ad corinthios dixerat. Quis militat suis stipendijs vnq̄? Quis plātat vineā et de fructu eius nō edit? Quis pascit gregē et de lacte gregis nō percipit? Fecit itaq; securū castū euāgelistā nō ad hoc euāgelizantē vt venderet euangeliū. sed tamē huic vite necessaria suis sibi exhibere manibꝰ nō valentem. sumebat enī ab eis q̄bus tanq̄ p̄uincialibꝰ militabat ⁊ quos tanq̄ vineā cultor exercebat vel tanq̄ gregem pascebat

i. Cor. ix.

Nō vendere euāgelium sed ex eo viuere. licet.

nō esse mendicitatē. sed potestatem. Propter has igitur vel occupatiōes seruoꝝ dei vel infirmitates corpales q̄ oīno deesse nō possunt non solū p̄mittit aplus sctoꝝ indigentiā suppleri a bonis fidelibus sed etiā saluberrime hortatur.

¶ Profectus fidelium sine tentatiōe nō p̄uebit nec sibi quisq̄ innotescit niſi pbatiōis examine nec coronabit niſi vicerit neq; vicet niſi certauerit. Quis autē certat niſi inimicū habēs ⁊ tētationi resistēs?

Ex libro de sniaꝝ .p̄sperꝝ Profectꝰ nō sine tētatiōe est.

Memor esto dōm iesum christū resurrexisse a mortuis ex semie dauid secūdum euangeliū meum.

Ex ſm ōe resurrectione christi. Credulitas de resurrectiōe dōi distinguit non a paganis. Ro. x. War. vltio.

GRedamus in xp̄m crucifixū. sed eū qui die tertia resurrexit. Ipsa ē fides q̄ nos distinguit Distiguit a paganis distiguit a iudeis fides q̄ credimꝰ xp̄m iesū resurrexisse a mortuis. Aplus dicit timotheo. Memor esto xp̄m iesum resurrexisse a mortuis ex semīe dauid scōm euangeliū meū. Itēq; ip̄e aplus. Quia si crediderīs inq̄t in corde tuo q̄ dōs est iesus et confessus fueris ore tuo q̄ deus suscitauit illū a mortuis salꝰ eris. Ipa est salus qua q̄ crediderit et baptizatꝰ fuerit salꝰ erit. Scio vos credere salui eritis corpō retinete ore, pferte q̄ xp̄s surrexit a mortuis. Sed fidē habete christianoꝝ nō demoniorū. Fides ista q̄ credimꝰ christū resurrexisse a mortuis distinguit nos a paganis. Quere a pagano vtrū crucifixus sit xp̄us clamat valde. Vtrū resurrexerit negat. Quero a iudeo vtrū crucifixus sit xp̄us: confitet crimen parentū suoꝝ: confitet crimen vbi habet et partē. Bibit enī qō parentes sui ei ppinauerūt. Sanguis huiꝰ sup nos et sup filios nostros. Sed q̄o ab illo vtrū resurrexerit a mortuis negabit. irridebit. accusabit. distincti sumꝰ. credimꝰ enī nos christū ex semine dauid scōm carnem resurrexisse a mortuis. Nunquid hoc demones nescierūt aut ita demones nō crediderūt qō et viderūt. Adhuc anteq̄ resurrexisset clamabāt et dicebāt. Scimus q̄ sis filiꝰ dei discernebamꝰ nos a paganis credendo christū resurrexisse. Si aliq̄d possumꝰ a demonibus nos discernamꝰ ipsa est fides q̄ xp̄ianos a demonibꝰ discernit fides nō q̄cūq;. Hā ait aplus Jacobus. Tu credis q̄ vnus est deus bene facis. Et demones credūt et contremiscūt. Ipe hoc dixit q̄ in eadē epistola scripsit. Si fidē habeat aliq̄s opa aūt nō habeat nunq̄d potest fides saluare eū? Et aplus Paulꝰ discernēs ait. Neq; circūcisio aliq̄d valet neq; p̄putiū. sed fides q̄ p dilectionē operatur. Discreuimꝰ. distinximus ymo distinctā inuenimus distinctā legimꝰ. distinctā esse didicimꝰ. Quō distiguimꝰ fide sic distinguamꝰ et moribꝰ sic distinguamus opibus accēsi charitate quā charitatē demones nō habebāt quo igne ⁊ illi duo in vno ardebant. Cognito enī christo et ab eis discedēte dixerunt apō se. Nōne cor nostrū erat ardens in via cū apertret nobis scripturas.

Ex libro de sniaꝝ .p̄sperꝝ Profectꝰ nō sine tētatiōe est. Luce. xxiiii.

¶ Filiū hominis christū ita credamꝰ sicut aplica veritate p̄dicat nō sicut manicheorū falsitate pfingitur. Cum igit eū euangeliste annunciēt natū ex femina de domo dauid paulusq; ad timotheum scribat dicēs. memor esto christū iesum resurrexisse a mortuis ex semine dauid secūdū euangeliū meū. satis apparet q̄ēadmodū christū filiū hois credere debeamus. Qui filiꝰ dei p quē facti sumus etiaꝝ filius hois p assumptionē carnis factus est vt moreret ppter delicta nr̄a et resurgeret ppter iustificationem nostrā. Ideo vtrūq; se dicit et filiū dei et filiū hominis.

Ex libro de sniaꝝ .p̄sperꝝ Profectꝰ nō sine tētatiōe est. Xp̄s sic filiꝰ hois vt etiā filiꝰ dī credēdus.

Extractatu pl. lxx. vii. ps. lxxvii. Tribū iuda elegit dñs ppter christū.

¶ Et repulit tabernaculum ioseph t tribū effremnō elegit. sed elegit tribū iuda Per hec pclari meriti noia qd aliud qz pplm vniuersum vetusta cupiditate a dño terrena premia requrentē repulsum et reprobatū intelligim⁹: electā autē tribū iuda nō p meritis iude ipius? Longe qppe maiora sūt merita ioseph. sed p tribū iuda quonīā inde extitit xps secundū carnē nouū ppl'm christi illi ppl'o veteri platū scriptura testat aperiēte dño in parabolis os suū. Et elegit dauid puū. Tribū ergo iuda ppter dauid. Dauid autē ppter christū. Tribū igit iuda ppter christū quo transeūte clamauerūt ceci misere nobis fili dauid. Et cōtinuo mia eius lumē receperūt quia verū erat. hoc ideo nō trāseūter dicit sed attente cōmendat apl'us scribēs ad timotheū. Memor esto xpm iesum resurrexisse a mortuis ex semine dauid secūdū euangeliū meū.

In quo laboro vsqz ad vincula quasi male operans: sed verbū dei nō est alligatū. Ideo oia sustineo ppter electos: vt t ipi salutē consequātur q est in christo iesu cū gloria celesti. Fidelis sermo. Nam si cōmortui sumus t cōuiuemus: si sustinebimus et cōregnabimus: si negauerimus et ille negabit nos: si nō credimus ille fidelis permanet: negare seipm nō potest.

H Hec autē cōmone testificans coram deo. Noli contendere verbis: ad nihil enim vtile est nisi ad subuersionē audientiū. Sollicite autē cura teipm pbabilem exhibere deo operariū incōfusibilē: recte tractantem verbū veritatis.

Extractatu pl. cxv. ps. cxv.

¶ Credidi inqt ppter qd ego locutus sum ego aūt humiliat⁹ sum nimis. Passus enim multas tribulatiões ppter verbū quod fideliter tenebat fideliter ipendebat humiliatus est nimis. Dō illi timuerūt qui amauerūt gl'iam hoim magis qz dei. Sed quid est ego autē? Diceret potius credidi ppter qd locutus sū et humiliat⁹ sum nimis. Cur addidit ego autē nisi quia homo humiliari potest ab eis q veritati cōtradicunt nō ipa veritas quā credit et loquit. Unde et apl's cū de cathena sua diceret. sed sermo inqt dei nō est alligatus. Sic t iste quia ipa est vna psona sanctoz testiū hoc est martyrū dei. Credidi inqt ppter qd locut⁹ sum. Ego autē nō illud qd credidi nō sermo quē ptulit: sed ego humiliatus sum nimis.

Nō predicās veritatē hic hūliari pōt: veritas nō potest. ps. cxv.

Ibidem. Ex lib. de ciuitate dei. xvii

¶ Dicat ergo ecclesia christi ciuitas regis magni gratia plena ple fecunda. dicat quod tāto ante de se pphetatū per os ple matris agnoscit. Cōfirmatum est coz meū in domino exaltatū est coznu meū in deo meo. vere confirmatum est coz t coznu vere exaltatū quia non in se. sed in dño deo suo dilatatū est sup inimicos meos os meū. quia et in angustijs pressurarū sermo dei nō est alligatus nec in pconibus alligatis. Si nō credimus ille fidelis pmanet negare seipm nō potest.

i. Reg. ii.

Extractatu euāgelij scm iohannē. l. Esa. vi. et Joh. xii. Dicti sunt credere ñ potuisse q noluerūt.

¶ Propterea nō poterāt credere quia iterū dixit Esaias excecauit oculos eoz t indurauit eoz coz Sic autē dictū est nō poterant vbi intelligendū est quod nolebāt quēadmodū dictū est de domio deo nro si nō credim⁹ ille fidelis pmanet negare seipm nō potest de oipotente dictum est nō potest. Sicut ergo q dñs negare seipm nō potest. laus est voluntatis diuine ita q illi nō poterant credere culpa est volūtatis humane.

Prophana autem et vaniloquia deuita Multū enī proficiūt ad impietatē: et sermo eoz vt cancer serpit.

Extractatu pl. cxviii. Proficere in malū t deficere in bonū capi pōt.

¶ Cum sint inter se duo ista cōtraria pficere et deficere vsitatius pfectus in bono accipit defectus in malo quādo nō additur vel subiungit inquit pficiatur vel deficiat. Cum vero additur: potest t malum esse pficere bonūqz deficere. Aperte qppe dixit apostol⁹. Prophanas autē verborū nouitates euita. Multū enī pficient ad impietatem. ait et de quibusdā proficiēt in penis. Ita et defect⁹ a bono in malū malus est a malo in bonū bonus est bono quippe defectu dictū est desiderat et deficit aīma mea in atria domini. ps. lxxxv.

Ex quibus est hymeneus et philet⁹ qui a veritate exciderunt dicētes resurrectionem esse iam factā: et subuerterūt quorūdam fidem.

Extractatu euāgelij scm iohannē. xvii Resurrectionē mētis pfitentes secte.

¶ Omnes enim secte que se aliquā religionem hoibus inserere psumpserūt nō negauerūt istā mentiū resurrectionē ne diceretur eis. Si nō resurgit aīma quare mihi loqueris? Quid in me facere vis? Si nō facis ex deteriore meliorē quare mihi loqris? Si nō facis ex iniquo iustū quare mihi loqris? Si autē facis ex iniquo iustū: ex impio piū: ex stulto sapientē fateris resurgere animā meā si tibi obtēpauero si tibi credidero. Volētes ergo credi sibi omnes qui instituerūt alicuius etiā false religionis sectam negare istā resurrectionē mentiū nō potuerunt. Oēs de illa consenserūt. sed multi carnis resurrectionē negauerūt. Dixerunt in fide iam factā esse resurrectionem. Talibus resistit apl'us dicens. Ex qbus est hymene⁹ et philetus q circa veritatē aberrauerunt dicentes resurrectionē iam factā esse t fidem quorundā subuerterūt. Jam factā esse resurrectionē dicebāt. sed eo modo vt alia nō speraret. Et reprehendebāt homines q sperabāt resurrectionē carnis velut iam resurrectio q promissa erat credēdo implerēt in mente. Reprehēdit eos apostolus Cur eos reprehendit? Mōne hoc docebant quod domin⁹ loquebatur? Venit hora et nūc est quādo mortui audient vocē filij dei. et q audierint viuent Sed de vita mentiū loquor adhuc. Aut tibi iesus. Mōdum loquor de vita corporū. sed loquor de vita vite corporū. idest animarū in qbus est vita corporum. Nā scio esse corpora in monumētis iacentia scio et corpa vestra in monumētis futura. Nondum de illa resurrectiōe loquor de ista loquor. In ista resurgite ne ad penā in illa resurgat⁊. Cum ergo ipsi menti loquor audiat. idest obediat et viuat Noli itaqz domine tacere de resurrectione carnis ne nō eam credant homies et remaneam⁹ nos argumētatores nō predicatores. Nūc audite de resurrectione corporū nō me: sed dominū locuturu⁊ Quia venit hora nō addidit et nunc est. Ergo horam quādam vult insinuare in finem seculi. Hora nūc est vt resurgant mortui. Hora erit in fine seculi vt resurgant mortui. sed resurgant nūc in mente tunc in carne. Resurgant nūc in mente p verbum dei filiū dei resurgant tunc in carne p verbum dei carnē factum filiū hominis. Exposuit hoc dicat vt calūniam hereticus negator resurrectiōis corpis nō inueniat. Venit hora in qua omnes qui in mo⁹

Joh. v.

Hora resurrectionis carnis venit t nōdum est. Ibidem.

H

numentis sūt. Quid euidētius? Quid expressius? Corpora sūt in monumētis anime nō sūt in monumentis nec iustor nec iniquor. Justi aīma in sinu abrahe fuit: iniqui aīma apud inferos torquebat. In monumēto nec illa nec illa. Omnes qui sunt in monumentis hoc est iusti et iniusti audient vocem eius et procedent. Quomō noluit dicere et viuent? Omnes enī procedēt et nō omnes viuēt. In eo qp pe quod supra dixit. et qui audierit viuēt in ipa obauditione vitā eternā intelligi voluit et beatā quā nō omnes habebūt qui de monumētis procedent. Jam ergo et cōmemoratione monumentor et expressione pcessionis de monumētis apte intelligimus corpor resurrectionē.

Ex lib. ad Ianuariū. ii. Ro. vi. i. Cor. xv. i. Thes. iiii.

¶ Nonnulli enī attendentes verbō q assidue dicit apls. quia et mortui sumus cū christo et resurrexīmus cū eo / nec intelligētes qtinus dicatur arbitrati sūt iam factā esse resurrectionē nec vllam vlteri⁹ in fine temporis esse sperādam. Ex qbus est inquit hymeneus et philetus qui circa veritatē aberrauerunt dicētes resurrectionē iam factam esse fidem quorundā subuerterūt Idem apls eos arguens detestat qui tamē dicit nos resurrexisse cū christo. Unde nisi quia per fidē et spem et dilectionē factū esse dicit in nobis secūdū primitias spūs? Sed q spes que videt non est spes et ideo si quod nō videmus speram⁹ per patientiā expectam⁹. restat vtiq redemptio corpis nostri quā expectantes in nobis metipīs ingemiscim⁹ vnde est et illud. Spe gaudētes in tribulatiōe patientes.

Ro. xii.

Sed firmum fundamētū dei stat habēs signaculū hoc. Cognouit dns que sunt eius: et discedat ab iniqtate omnis q̄ invocat nomē domini.

B

Ex tractatu pl. xcij.

Jcebat apls ex qbus est hymeneus et philetus q circa veritatē aberrauerunt dicētes resurrectionē iam factam esse et fidem quorūdā subuerterūt. Nunquid isti ad orbē terrarū ptinebant q nō commouebit? Sz palea erāt. Et fidē (inqt) quorūdā subuerterūt Et si omniū dicer et oēs intelligere deberem⁹ ptinentes ad ciuitatē babiloniā que habet dānari cuz diabolo tamē fidem quorūdā dixit. Et quasi dicetur ei et qs eis potest resistere? Subiecit statim Firmū autē fundamentū dei stat habens signaculum hoc. Quod signaculū habet firmū fundamentum? Nouit dominus qui sūt eius. Et recedat ab iniquitate omis qui nominat nomē dni. Modo ab iniqta te recedit. Ab iniquis enī nō potest recedere quia mixta est palea trītico vsq dum ventilet. Quid dicimus fratres? Et in ipsa area mira res est de trītico. Recedit a palea cū expoliatur. Nō recedit ab area cum triturat. Quādo autē omnino separabit Cum venerit ventilator. Ergo modo area in orbe terrarū est. Necesse est vt si proficis inter iniquos viuas. Ab iniquis recedere nō potes ab iniquitate recede.

Recedit iust⁹ ab iniquitate nō ab iniqs.

Ex lib. de ciuitate dei. xx.

¶ Satis enī firum atq immobile debet cordere tineri hierusalē captiuā ab huius seculi babilonia decursis tēporibus liberari nullūq ex illa esse paritūrū quia q̄ perierit nō ex illa erat. Firmū enī fundamentū dei stat habens signaculū hoc. nouit dominus qui sūt eius / et recedat ab iniqtate omnis q̄ nominat nomen domini.

¶ Nec moueat q̄ sepe diabolus seducit etiā illos qui regenerati iā in xpo vias ingrediūtur. dei Nouit enī dns qui sūt eius. Ex his in eternā dānationem neminē ipse seducit. Sic enī eos nouit dns vt deus quē nihil latet etiā futurorū non vt homo qui hominē ad psens videt. si tamē videt cuius cornō videt. Qual' aūt postea sit futur⁹ nec sciPum videt

Ex ijs qs dns suos nouit diabol⁹ neminē seducit.

¶ Mondū apparuit iudiciū sed iam factū est iudicium. Nouit enī dns qui sūt eius. Nouit qui pmaneāt ad coronā q̄ pmaneāt ad flāmā Nouit in area sua triticū nouit paleā nouit segetē nouit zizania.

Ex tractatu euāgelii fm iohānē. xii.

¶ Modo enī corpus xpi mixtū est tanqz area. sed nouit dns qui sūt eius sicut tu nosti quod triturās quia ibi est latēs massa. Hec cōsumit triturationē qō purgatura est ventilatio. Certi sum⁹ fratres quia oēs qui sumus in corpe dni et manem⁹ in illo vt et ipse maneat in nobis. Jn hoc seculo necesse habemus vsq in finē inter malos viuere. Nō inter illos dico malos q̄ blasphemāt christū Raro enī iam inueniunt qui lingua blasphemāt. sed multi qui vita. Necesse est ergo vt inter illos vsq in finē viuamus Sed quid est qō ait. qui manet in me et ego in illo? Quid nisi qō martyres audiebāt? Qui perseuauerit vsq in finē hic saluus erit.

Ex tractatu euāgelii fm iohānē. xv. Matth. x. et xxiiii.

Blasphemāt modo pauci lingua sz multi vita.

Joh. xv.

¶ De illis ouibus de qbus dicit apls nouit dns q̄ sūt eius / quos pscius ipsos et pdestinauit. Quos autē predestinauit hos et vocauit quos autē vocauit ipos et iustificauit quos aūt iustificauit ipos et glificauit. de ouibus istis nec lupus rapit nec fur tollit nec latro interficit. Securus est de numero earū qui p eis nouit qō dedit et hoc est qō ait non rapiet eas quisq de manu mea.

Ex tractatu euāgelii fm iohānē. xlv. Ro. viii.

De ouib⁹ xpi nō rapit lupus.

¶ Numerus ergo iustorū qui scōm ppositum sūt de qbus dictū est. nouit dns qui sūt eius. ipe est ortus cōclusus fons signat⁹ puteus aque viue paradisus cū fructu pomorū. Ex hoc nūero quidā spiritualiter viuūt et supeminentē viā charitatis ingrediunt et cū preoccupatū hominē in aliquo delicto instruūt in spiritu lenitatis intendūt ne et ipi tentē tur et cū forte ipi occupent reprimīt in eis aliquā tulū non autē extinguīt charitatis affectus Rursusq insurgēs et inardescēs pristino cursu restituit Mozunt enī dicere. dormitauit anima mea pter tedio cōfirma me in verbis tuis. Cum autē aliquid aliter sapiūt id quoq illis in charitatis fragrantia pmanentibus nec rumpētibus vinculū pacis deus reuelabit. Quidā vero adhuc carnales et animales puectus suos instanter exercent. et vt cibo spūalū fiant idonei sanctorū mysteriorum lacte nutriuntur. Ea que in prauis moribus populari etiā iuditio manifesta sūt in dei timore deuitant. Et vt minus mīnusq rebus terrenis et tēporalib⁹ delectenī vigilantissime satagūt. Regulā fidei diligenter inquisi tam firmissime tenēt et si qui ab ea deuiant cito auctoritate catholica corrigunt. quāuis in eius verbis pro sensu carnali varijs adhuc fantasmatū cōcursibus fluctuent. Sunt etiā quidā ex eo numero qui adhuc nequiter viuāt aut etiā in hereſibus vel in gentilīū supstitiōibus iaceant. Et tamē etiā illic nouit dns qui sūt eius. Manq in illa ineffabili prescientia dei multi qui foris videnī intus sūt et multi qui intus videnī foris sūt. Ex illis ergo omnib⁹ qui vt ita dicam intrinsecus et in occulto intus sunt constat ille ortus conclusus fons signatus puteus aque viue paradisus cum fructu pomorū. Horū munera pcessa diuinitus ptim sunt. ppria sicut in hoc tēpore infatigabilis charitas et in futuro vita eterna. Partim vero cū malis puer susq communia sicut omnia cetera in quibus sunt et sacrosancta mysteria.

Ex libro. v. ō baptismo. Can. iiii.

Ort⁹ pclusus ex qb⁹ constet.

Ps. cxviii.

Can. iiii.

Jn magna autē domo nō solum sūt vasa

aurea et argentea: sed et lignea et fictilia. et quedā quidē in honorē: quedā autē in contumeliā. Si quis ergo emūdauerit se ab istis. erit vas in honorē sanctificatum: et vtile dño ad omne opus bonū paratum Juuenilia autē desideria fuge: sectare vero iustitiā fidem spem et charitatem ⁊ pacē cum his qui inuocant dominum de corde puro.

Ex libro. iii. de baptismo Mali eū tandi adhuc in vna domo versanē in bonis.

QUosdā qui circa veritatē aberrauerant et fidem quorūdā subuertebāt quor sermo vt cancer serpebat cū eūtādos esse diceret in vna tamen domo magna eos fuisse significat. sed tanq̄ vasa in contumeliā. Credo q̄ nondū foras exierāt. Aut si iā exierāt quomō eos dicit in eadē magna domo cū vasis honorabilibus nisi forte ꝓpter ipsa sacramenta que sepatis etiā hereticor cōuēticulis nō mutata sūt? Ad vnā magnā domū sed diuersis meritj ptinere. alios in honorē alios in cōtumeliā. Si q̄s ergo emūdauerit semetipm ab istiusmodi erit vas in honorē sctificatū vtile dño ad omne opus bonū paratū. Quid est autē mundare semetipm a talib⁹ nisi quod paulo ante dixit. recedat ab iniustitia oīs qui nominat nomen dñi? Et ne quisq̄ putaret tanq̄ in vna domo magna perire se posse cū talibus vigilātissime ꝑdixit. Mouit dñs qui sunt eius. Eos videlicet qui recedendo ab inicitate se mūdāt a vasis fictis in cōtumeliā ne cū ipsis pereant quos in domo magna tolerare cogunt.

Ex libro. iiii. de baptismo Mali adhuc intus sunt ꝑm cypianū.

De q̄bus ait ap̄lus. Sermo eorū sicut cācer serpit. Vellē intelligere foris fuisse sed me cipianus nō sinit. Cum enī ad antonianū scribens ostēderet ante tēpus vltime separatiōis iustorū et iniquorū et nullomodo esse ꝓpter cōmixtionē malor ab vnitate ecclesie recedendū vbi declarat q̄ sit sctūs et illa quā meruit martyrij claritate dignissimus ait. Quātus arrogātie tumor est quāta humilitatis et lenitatis oblīuio et arrogantie sue q̄ta iactatio vt quis audeat aut facere se posse credat q̄ō necapostolis concessit dñs vt zizania a frumento putet se posse discernere aut q̄si ipi palam facere et aream purgare concessum sit paleas conet a tritico separare. Cunq̄ ap̄lus dicat. in domo autē magna non solū sūt vasa aurea et argētea. sed ⁊ lignea et fictilia contēnere et abijcere et dānare quādo nōnisi in die dñi vasa lignea diuini ardoris incēdio concrement et fictilia ab eo cui data est ferrea virga frangantur? Sic igit arguēs cipian⁹ eos qui tanq̄ malorū consortiū deuitātes se ab vnitate diruperant ostendit magnā domū quā dicit ap̄s vbi essent nō solū aurea vasa et argentea sed et lignea et fictilia nō se intellexisse nisi eccl̄iam vbi essent boni et mali donec in fine sicut area ventilata purget. Quod si ita est in ipa eccl̄a. idest in ipa domo magna erāt vasa in cōtumeliā quor sermo vt cancer serpebat.

Vasa lignea cōburent ⁊ fictilia virga ferrea frangētur i nouissimo die. Magna dom⁹ est ecclia itelligēda ꝑm cypianū.

Ex libro. vii. de baptismo

Omnibus cōsideratis puto me nō temere dicere alios ita esse in domo dei q̄ dicit edificari supetrā que vnica colūba appellat que sponsa sine macula et ruga ⁊ oztus cōclusus fons signatus pute? aque viue padisus cū fructu pomor. Que domus etiā claues accepit ac potestatē soluēdi et ligandi.

Can. iiii.

Mat. xviii. Ps. xxv. Ps. lxvii.

Hanc domū si quis corripientē corrigentēq̄ contēpserit sit tibi inquit tanq̄ ethnicus ⁊ publicanus de hac domo dicit. Dñe dilexi decorē domus tue et locū habitacōis glie tue: et q̄ habitare facit vna

nimes in domo Et locūdatus sum in his que dixerunt mihi in domū dñi ibimus. Et btī qui habitāt in domo tua in secula seculor laudabūt te / et innumerabilia talia. Hec dom⁹ etiā triticū dicit siue trigenū siue sexagenū siue centenū fructum afferēs cū tolerātia. hec dom⁹ est in vasis aureis et argenteis et lapidibus ꝑciosis et lignis imputribilibus Huic domui dicit. Sufferētes inuicē in dilectiōe studentes seruare vnitatem spūs in vinculo pacis Et templū dei sanctū est q̄ō estis vos. hec q̄ppe in bonis fidelibus est et sanctis dei seruis vbiq̄ dispsis et spirituali vnitate deiūctis in eadē cōmunione sacramentor siue se facie nouerūt siue nō nouerūt Alios autē ita dicit esse in domo vt nō ptineant ad compagē domus / nec ad societatē fructifere pacificeq̄ iustitie. sed sic esse palea dicit in frumentis. Nam et istos in domo esse negare nō possumus dicente apostolo. In magna autē domo non solū aurea vasa sunt vel argentea. sed et lignea et fictilia. Et alia quidā sūt in honorē alia vero in cōtumeliā Ex hoc numero innūerabili nō solum turba intus premēs cor paucor in tante multitudinis comparatiōe sanctor. sed etiā diruptis rhetibus hereses et scismata exīstunt in eis qui magis iā ex domo q̄ in domo esse dicēdi sunt. De q̄bus dicit. Ex nobis exierūt: sed nō erant ex nobis. Sepatiores eni sūt iam etiā corporaliter segregati q̄ illi qui interius carnaliter et aialiter viuūt et spūaliter separati sūt

Ps. cxxi. Ps. lxxxiiii. G

1. Joh. ii.

Ex tractatu pi. lxvii.

Ita habitādū est in domo dñi: vt et dñs habitet in nobis.

Me q̄ramus eū absq̄ nobis sed potius vniusmodi habitātes in domo mea amur vt habitare etiaz ipe dignet in nobis. Iste est locus sctūs dñi q̄ plericq̄ homies querūt vt habitent vbi orātes exaudiantur. Sint ergo ipi quod querūt et quod dicūt in cordibus suis id ē in talibus cubilib⁹ suis compungant habitātes vniusmodi vt a domio magne domus habitenē et apud seipos exaudiātur. Est enī domus magna in qua nō solū aurea vasa sūt et argentea: sed et lignea et fictilia. Et alia quidem sūt in honorē alia in contumeliā. Si qui autē mundauerint seipos a vasis cōtumelie erūt vniusmodi in domo et locus sctūs domini. Nam sicut in magni homis domo non in qualicunq̄ loco eius reḡescit dñs eius sed in aliquo vtiq̄ secretiore honoratiori loco. sic deus nō in omibus qui in domo eius sūt habitat. Nō enī habitat in vasis cōtumelie. sed locus sctūs eius sunt quos habitare facit vniusmodi vel vnius moris in domo.

Ps. lxvii.

De vasis aureis et argēteis in domo magna cōstitutis sensum cypriani secut⁹ sum q̄ hec accipit in bonis: in malis autē lignea ⁊ fictilia ad illa referēs q̄ō dictū est alia quidē in honorē. Ad hec autē q̄ō dictū est. Alia vero in contumeliā. Sed magis ap̄pbo in vtrisq̄ intelligendū quedā in honorē nō sola scilicet aurea et argentea et rursus in vtrisq̄ q̄dā in cōtumeliā nō vtiq̄ sola lignea ⁊ fictilia.

Ex libro. retractationū. ii. Nō solum aurea ⁊ argētea i honorē ⁊ lignea q̄dā fictilia.

Stultas autē et sine disciplina questiones deuita: sciens q̄ generant lites. Seruum autē dñi nō oportet litigare: sed mānuetū esse ad omnes: docibilē patientem cum modestia corripientem eos qui resistunt veritati.

Ex libro. ii. de ꝑmōe dñi in mōte.

MUndo ⁊ simplici oculo opus est vt inueniatur via sapiētie cui tāte malor ꝑuersor hoim deceptiones erroresq̄ obstrepūt. Quos omnes euadere hoc est vente ad certissimam pacem et immobilem stabilitatem sapientie. Uehementer enī metuēdum est

ne studio altercādi et ptēdēdi quisq̄ nō videat qđ a paucis videri potest vt paruus sit strepit⁹ ptradicentiū nisi etiā sibilīpi obstrepant. Quo pertinet etiam illud qđ apl⁹ dicit. Seruū aūt dñi nō oportet litigare sed mitē esse ad oēs docibilē patientē in modestia corripientē. diuersa sentientes ne forte det illis deus penitētiā ad cognoscendā veritatē.

In expositōe epte ad galathas.

Nec defueris correptioni nec studueris certamini.

¶ Ita nos nec deesse voluit fratrum corruptioni nec studere certamini. Multi enī hoies cū a sōno excitant litigare volūt aut rursus dormire cū litigare prohibent. Pax ergo t dilectio cōis pericu li cogitatione in corde seruent. Mod⁹ aūt sermonis siue acrius siue blādi⁹ proferat sicut salus ei⁹ quez corrigis videt postulare moderand⁹ est. Seruum inquit dñi nō oportet litigare sz mitez esse ad oēs docibilē patientē Et ne quisq̄ ex eo putet cessandū sibi eē a correptione erroris alteri⁹ vide qđ adiūgat. In modestia inqt corripientē diuersa sentientes. Quomō in modestia quomō corripientē nisi cū lenitatē corde retinem⁹ et aliquā medicamēti acrimoniā verbo correptionis aspgimus.

Mequando deus det illis penitentiā ad cognoscendā veritatē. et resipiscāt a diaboli laqueis: a quo captiui tenentur ad ipsius voluntatem.

Ex lib. de correptōe t gra

Correptionis vtilitas

¶ Correptionis vtilitas q̄ nunc est maior nūc minor pro peccatoz diuersitate salubriter adhibet t tūc est salubris qñ supern⁹ medicus respicit. Non enī aliquid proficit nisi cū facit vt pcti sui quemq̄ pniteat. Et quis hoc dat nisi q̄ respexit apl'm petrū negantē et fecit flentē? Unde et paulus apl'us posteaq̄ dixit cū modestia corripiēdos esse diuersa sentientes ptin⁹ addidit. Mequādo det eis de⁹ penitentiā ad cognoscendā veritatē t resipiscāt a diaboli laqueis. Ipsa penitentia qñ digna causa ē scōm morē eccl'ie vt agat plerūq̄ in infirmitate non agitur. qrr pudor timor est displicēdi dū plus delectat hoiz estimatio q̄z iustitia qua se quisq̄ humiliat penitēdo. Unde nō solū cū agitur penitētia verūetiā vt agatur dei mia necessaria ē. Alioquī non diceret apl'us de quibusdam. ne forte det illis de⁹ penitētiam et vt petrus amare fleret pmisit euangelista et ait. Respexit eū dominus.

Ad penitētiā agēdā opus ē dei mia.

Luce. xxii.

Capitulum.iij.

Hoc aūt scito qr in nouissimis dieb⁹ instabūt tēpora periculosa: et erūt hōines seipos amātes: cupidi elati: superbi: blasphemi parentib⁹ nō obedientes ingrati: sceleſti: sine affectione sine pace criminatores: incōtinentes: immites: sine benignitate proditores: proterui: ceci: tumidi: t voluptatū amatores magis q̄z dei.

Ex tractatu euāgelii ſm tohānē. cxx.

¶ Qui hoc aio pascūt oues xp̄i vt suas velint esse nō xp̄i se conuicunt amare non xp̄m vel gloriādi vel dominandi vel acq̄rendi cupiditate nō obedientes t subuenientes t deo placēdi charitate. Cōtra hos ergo vigilat tortens inculcata ista vox xp̄i quos apostolus gemit sua q̄rere nō que iesu xp̄i. Mā quid est aliud Diligis me pasce oues meas q̄z si diceret si me diligis nō te. pascere te cogita oues meas? Et sicut meas pasce nō sicut tuas. Glam meā in eis q̄re nō

Pascens oues vt sui sint se non xp̄m amat

Phili. ii

Joh. xxi.

CHaritas fraternitatis ma neat in vobis: et hospita litatem nolite obliuisci. Per hāc enī placuerunt quidā angelis hospicio receptis. Me= mentote vinctoꝛ tanq̄ simul vincti: ꝛ la boꝛātiū tanq̄ et ipi in coꝛpoꝛe moꝛātes

Ex lib. q̄stio= nū geneseos ti.xxxvii.

NEgauit sara dicens nō risi. Timuit enī Quomodo intelligebāt deū esse q̄ loq̄= bak cū etiā negare ausa sit sara q̄ riserit tanq̄ ille hoc posset ignoꝛare nisi foꝛte sara boies eos putabat. Abꝛahā vero deū intelli gebat? Sed etiā ipse illa humanitatis officia pꝛe bēdo q̄ necessaria nisi infirme carni esse nō posset mirū nisi boies pꝛiꝰ esse arbitratꝰ est. Sz foꝛtassis

An sara ā= gelos ho= spitio rece ptos hoies putauit: et abꝛahā de um.

G Quo angelos cognouerit abrahā t sara.

in quibus deū itellexit loqui quibusdā diuine manifestatis existentibus et apparentibus signis sicut in hominibus dei sepe apparuisse scriptura testat. Sed rursus queritur si ita est vnde angelos postea fuisse cognouerint nisi forte cum eis videntibus in celos ijssent?

Itē ex eodē libro ti. xli. Deū. xix. Angeli hospitio recepti partim cogniti pti incogniti erant.

¶ Qō occurrit loth angelis t adorauit in faciem videns intellexisse q angeli essent. Sed rursus cum eos ad refectionē corporis inuitat q mortalib⁹ necessaria est videtur putasse q hoīes essent. Ergo questio similiter soluit t soluta est in trib⁹ qui venerūt ad abrahā vt aliquib⁹ signis appareret eos diuinit⁹ missos q tñ hoīes crederētur. Mā hoc in epla que est ad hebreos cum de hospitalitatis bono scriptura loqueret ait per hāc enī quidā nescientes hospitio receperūt angelos.

Ex lib. cōtra alexādrinū.

¶ Exhibuit itaq hospitalitatē quō sctis hoibus dei in quib⁹ deū esse cognouit cū eos sicut etiā ipse abrahā angelos esse nesciret. Hi enī patriarche sunt significati in epla ad hebreos vbi de hospitalitate loquēs ait per hāc quidā nescientes hospicio receperūt āgelos. Recepit ergo eos loth nesciēs q angeli essent cognoscēs tamen sicut ipso demōstrante cognoscere potuit quis in eis esset.

Ex lib. de ciuitate dei. x. Deū agnoscebāt i viris abrahā et loth.

¶ Et abrahā in trib⁹ / et loth in duob⁹ viris dīm agnoscebāt cui per singularē numerū loquebātur etiā cū eos hoīes esse arbitrarētur. Neq enī aliā ob causā sic eos susceperūt vt tanq̄ mortalibus et humana refectione indigentib⁹ ministrarēt. Sed erat pfecto aliqd quo ita excellebāt licet tāq̄ homines vt in eis esse dīm sicut esse assolet in pphetis hi q hospitalitatē illis exhibebant dubitare nō possent atq ideo et ipsos aliqñ pluraliter et in eis dīm aliqñ singulariter appellabāt. Angelos autē fuisse scriptura testat non solū in genesis libro vbi hec gesta narrantur. verūetiā in epla ad hebreos vbi cū hospitalitas laudaret per hanc (inqt) etiā quidā nescientes hospitio receperūt angelos.

H Honorabile cōnubiū in omnib⁹: et thorus imaculatus. Fornicatores enī t adulteros iudicabit deus.

Ex ſmōe de ybiseu āgelii Vulnus pec cati carnalis mortiferū est.

VUlnus est mortiferū qd aliqñ q cōmittunt nescio qua puersitate cōtendūt et nescio vnde sibi testimonia nulla et vana cōquirūt dicētes. Pctā carnis de⁹ nō curat vbi est qd scriptū est fornicatores t adulteros iudicabit de⁹? Ecce qd attēdas q̄squis tali morbo laborās. Qd dicit de⁹ audi nō qd dicit tibi fauēs pctis tuis anim⁹ tuus aut eadē tecū iniquitatis cathena ligatus amic⁹ tuus vel potius īmicus et tu⁹ et suus. Honorabiles inqt nuptie in oībus t thorus imaculatus / fornicatores autē t adulteros iudicet de⁹. Times ne te inscribat īmic⁹ et nō times ne te iudicet deus? Vbi est fides? Lōge est quō dies iudicij sed vnīuscuiusq hois dies vltimus lōge esse nō potest. Et q breuis est vita / et quia ipsa breuitas semp incerta qñ sit dies vltimus tuus nescis. Corrige te hodie propter cras. Prosit tibi et modo in secreto correptio.

Dies vltim⁹ su⁹ cuiq ppe est.

Sint mores sine auaritia: cōtenti pñtibus. Ipse enī dixit. Nō te deserā neq derelinquā: ita vt cōfidenter dicam⁹. Dñs mihi adiutor est nō timebo qd faciat mihi homo. Memētote prepositorū vror qui vobis locuti sūt verbū dei: quorū intuentes exitū cōuersationis. imitamini fidē. Jesus xps heri t hodie: ipe t in scla

ps. cxvii.

Extractatu hi. cxvii. Inimici ecclie non sūt soli hoīes.

OMin⁹ mihi adiutor est non timebo qd faciat mihi hō. Sed nūquid homies solos habet inimicos eccl'ia? Quid est hō caro et sanguini dedit⁹ nisi caro t sanguis? Sed ait apls. Non est nobis colluctatio aduersus carnē et sanguinē: sed aduersus principes et rectores mūdi tenebrarū harū. Post rectores iniquorū mūdum istū diligentiū et pterea tenebrarū qz et nos fuim⁹ aliqñ tenebre: nūc aūt lux in dño. Aduersus spiritalia inqt nequitie in celestib⁹ id est diabolū et angelos ei⁹. Quē diabolū alio loco dicit principē potestatis aeris hui⁹. Audi ergo qō sequit. Dñs mihi adiutor t ego despiciā inimicos meos. Ex quolibet genere inimici exurgāt siue ex numero malorū hominū / siue ex numero angelorū in dīa adiutorio despicientur.

Ephe. v. Ephe. vi.

Dēs īimicos despic cere pt cui dñs adiutor est.

Doctrinis varijs et pegrinis nolite abduci. Optimū est enim gra stabilire cor: nō escis que nō pfuerūt ambulantib⁹ in eis. Habem⁹ altare: de quo edere nō habent potestatē qui tabernaculo deseruiunt. Quorū enī aialiū infert sāguis pro pctō in scta p pontificē hoz corpora cremātur extra castra. Propter qō et iesus vt sctificaret p suū sanguinē populū extra portā passus est. Exeam⁹ igit ad eū extra castra. improperiū eius portātes: Non enī habemus hic manentē ciuitatem: sed futuram inquirimus.

Ex lib. Ambrosii eusebii. Leprosi sūt q doctrias pfitent errozis.

¶ Lepzosi nō absurde intelligūtur qui sciētiā vere fidei nō habētes varias doctrinas pfitētur errozis. Nō enī vel abscōdunt īperitiā suā sed p sūma peritia proferūt in lucē et iactātiam sermonis ostētant. Nulla porro falsa doctrina est que nō aliqua vera intermisceat. vera ergo falsis inordinate permixta in vna disputatione vel narratione hoīs tanq̄ in vni⁹ corporis colore apparētia significāt lepzā tanq̄ veris falsisq colorū locis humana corpora variantē atq maculantē. Hi autē tā vitandi sūt ecclesie vt si fieri potest longius remoti magno clamore xp̄m interpellēt sicut isti decē q steterunt a lōge et leuauerūt vocē dicētes. Jesu p̄ceptor miserere nostri. Mā et qō preceptorē vocāt quo noīe nescio vtrū quisq dīm interpellauerit p medicina corporali satis puto significare lepzā falsā esse doctrinā quā bonus preceptor absterget.

Luce. xvii.

Per ipm ergo offeramus hostiā laudis semper deo id est fructū labiorum cōfitētium nomini eius.

Ex libro de gra noui testamenti. ps. xxi. Amās deum lauda re pōt eū.

QUi timetis dīz laudate eū vt deū nō seruiliter sed libere colatis. Amare discite quē timetis et poteritis laudare quem amatis. Timētes enī deū hoies veteris testamēti ppter litterā terrentē et occidentē nōdū habētes spiritū viuificantē currebāt cū sacrificijs ad templū et q̄uis in figurā futuri sanguinis quo redēpti sum⁹ tñ nescientes quid p eos prefiguraretur cruētas victimas īmolabant. Nunc vero in gra testamēti noui q timetis deū laudate eū. Ipe quippe in alio psalmo mutāda illa prenūciās que tūc in vmbra futuri offerebant nō accipiā (inqt) de manu tua vitulos / neq de gregibus tuis hircos.

ps. xlix.

Et paulo post vt ostēderet sacrificiū noui testamē ti qñ illa fuerant cessatura. Immola (inqt) deo sa crificiū laudis et redde altissimo vota tua. Et in si ne eiusdē psalmi. sacrificiū (inqt) laudis glorifica bit me et illic via est qua ostēdam illi salutare meū. Salutare dei xps est. Quē infans symeon se nex cū agnouisset in spū eūqz sumpsisset in manus nūc dimittis (inqt) dñe seruū tuū scōm verbū tu um in pace qm viderūt oculi mei salutare tuum.

Ps. xlix.

Ibidem.

Luce. ii.

Beneficētie aūt et ꝯmunicatiōis nolite obliuiſci talib⁹ enī hostijs ꝓmerē de⁹.

Ex libro. x. dē ciuit ate dei. capt. v.

Sacrificium visibile inuisibilis sacrificij testamentū id est sacrū signū est. Unde ille penitēs apud ꝓphetā vel ipse ꝓphēta querēs deū pctis suis habere ꝓpicium. si voluisses inqt sacrificiū dedissem: vtiqz holocaustis nō delectaberis. Sacrificiū deo spūs ꝯtribulatus cor cōtritū et humiliatū de⁹ non spernet. Intueamur quēad modū vbi deū dixit nolle sacrificiū ibi deū ostendit velle sacrificiū. Non vult ergo sacrificiū trucidati pecoris sed vult sacrificium cōtriti cordis. Illo igit qd eū nolle dixit hoc significat qd eū velle subiecit. Sic itaqz ille deum nolle dixit quomō a stultis ea velle credit. velut sue gratia voluptatis. Mā si ea sacrificia que vult quorū hoc vnū est cor cōtritū et humiliatū dolore penitēdi nollet eis sacrificijs significari que velut sibi delectabilia desiderare putatus est: non vtiqz de his offerēdis in lege veteri precepisset. Et ideo mutāda erant oportuno certoqz tēpore: ne ipsi deo desiderabilia vel certe nobis acceptabilia ac non potius que bis significata sunt crederētur. Item apud alīū ꝓphetam. In quo inqt apprehendā dominū assumā deū meū excelsū? Si apprehendā illū in holocaustis in vitulis agniculis? Si accepta uerit dñs in milibus arietū aut in denis milib⁹ hircorū pinguiū? Si dedero primogenita mea impietatis fructū ventris mei pro peccato anime mee? Si annunciatū est tibi homo bonū aut qd dñs exquirat a te nisi facere iudiciū et diligere mīam et paratū esse ire cū dño deo tuo? Et in huius ꝓphete verbis vtriqz distinctū est satisqz declaratū illa sacrificia per seipsa nō requirere deū quib⁹ significantur hec sacrificia q̄ requirit de⁹. In epistola q̄ scribit ad hebreos benefacere (inqt) et cōmunicatores esse nolite obliuiſci talib⁹ enī sacrificijs placetur deo. Ac per hoc vbi scriptū est / mīam volo ꝑ sacrificiū nihil aliud ꝑ sacrificiū sacrificio prelatū oportet intelligi: qm illud qd ab hominibus appellatur sacrificiū signū est veri sacrificij. Porro autē misericordia verū sacrificiū est. Unde dictū est qd pauloante cōmemorauit: talib⁹ enī sacrificijs placet deo. Quecūqz igit in ministerio tabernaculi siue tēpli multis modis de sacrificijs legūtur diuinit⁹ esse precepta ad dilectionē dei et proximi significando referūtur. In his enī duobus preceptis vt scriptū est tota lex pendet et prophete.

Sacrificium visibile.

ps. l.

Sacrificium vult et nō vult deus.

Et paulo post.

Mat. vi.

Mat. xxii.

Obedite prepositis vestris: et subiacete eis. Ipsi enī peruigilāt quasi rationē ꝓ aiabus vſis reddituri: vt cū gaudio hoc faciāt et nō gemētes. Hoc enī non expedit vobis. Orate ꝓ nobis. Cōfidimus enī quia bonā cōscientiā habem⁹: in oībus bene volētes cōuersari. Amplius autem deprecor vos hoc facere: quo celerius restituar vobis. Deus autē pacis q̄ eduxit de mortuis pastorē magnū ouīū in sanguine testamēti eterni dñm nostrū iesū xpm. aptet vos in oīi bono vt faciatis eius voluntatē: faciēs in vobis qđ placeat coraſe per iesū xpm: cui est glia in secula seculorū amē. Rogo autē vos fratres vt sufferatis verbū solatij. Etenī ppaucis scripsi vobis. Cognoscite fratrē nostrū timotheū dimissū: cū quo si celeri⁹ venerit videbo vos. Salutate omnes prepositos vestros: et omēs sāctos Salutant vos de italia fratres. Gratia cum omnibus vobis Amen.

Ex ꝑmōe de ꝓbis euāge. Audistis ꝛc. Cum gaudio laborat operari⁹ in agro dñi fructū aspicit ex labore suo.

Mandastis fratres mei cū epla ad hebreos legeret. Obedite prepositis vestris et subditi estote / quia ipsi vigilant pro aiabus vestris tanqz rationē reddituri vt cū gaudio hoc faciant et nō cū tristitia / non enī expedit vobis. Qñ facimus ista cū gaudio nisi qñ videm⁹ pficere hoies in verbis dei? Tunc enī cū gaudio laborat operarius in agro qñ attendit arborē et fructū videt. qñ attendit segetē et fluctuare prospicit vbertatē nō sine causa laborauit / non sine causa dorsū curuauit nō sine causa / manus attriuit: non sine causa frigus et estus tolerauit hoc est qđ ait / vt cū gaudio hoc faciant et nō cū cōtristitia / nō enī expedit vobis. Nunqd dixit non illis expedit? Dixit non expedit: sed vobis. Mā illi prepositi qñ cōtristātur de malis vestris expedit illis ipsa tristitia / et prodest illis: sed nō expedit vobis. Simul ergo in dñico agro bonū operemur vt simul de mercede gaudeamus. Amen.

¶ Finis epistole ad hebreos: et eius expositionis. Deo laus et gloria.

¶ Habes lector optime: in omes diui Pauli apostoli et gentium doctoris precipui epistolas: sāctissimā atqz argutissimā diui patris Augustini: ecclesie catholice doctoris excellētissimi necminus sancti expositionē: a venerabili Beda presbitero viro nunqz satis laudato: in morē studiosissime apis ex fragrantissimis diui Aurelij floribus collectā: et a cōpluribus studiosis viris recognitā. Reliquum est vt optimi maximi dei donū tā salutiferū ab his tribus viris tāqz charitibus exhibitū: grata manu: grato qz aio suscipias: ijsqz q̄ in tot exēpla trāsfuderūt gratiā pro meritis referas. Impressū est autē presens opus ad oipotentis dei gloriā: et fideliū salutarē eruditionē opera et ipēsa Udalrici Gering: et magistri Bertholdi Rēbolt sociorū: Parrhisijs i sole aureo vici Sorbonici. Anno incarnationis dñice. M. cccc. xcix. Die vero. xxviij. Nouēbris.

Joãnes Chrisostom⁹ de laudib⁹ bt̃i Pauli.

¶ Incipit epistola Anniani ad euangelum p̃sbiterum.

Omino sct̃o euangelo p̃sbitero Anianus Salutẽ. Recẽti experimẽto didici q̃ sint vtilia obsequẽtib⁹ iperia bonorũ. q̃ rectore quadã igredientes benignitatis via: bñficia deferũt sub specie iussionis. Quid eni mihi iocũdius /q̃d fructuosi⁹ iperare iussisti: q̃ vt ex beati viri Johãnis opib⁹: in nr̃am linguã aliqua trãsferrẽ: id ẽ septẽ libellos ei⁹ quos sup ap̃li pauli laudib⁹ in ecclesia aliq̃ disserint? In quo mihi ꝛ si in sermone pegrino admodũ rudi: pl⁹ euenit tñ voluptatis /ꝛ cõmodi: q̃ laboris. Secutũ est eni vt eũ tibi dũ vertere conor e greco p̃essius ip̃e cõbiberẽ: pleniusq̃ tã insignis doctrine ꝓfitate pfruerer: maxime cũ vbiq̃ diues ingeniũ in materia locupletione verset. Beat⁹ eni hic Paul⁹ exprimit: nõ fucate alicui⁹ laudis adumbrat⁹ coloribus: sed iuiola bili virtutũ suarũ ꝓfitate formatus. Quẽ tã integre vbiq̃ tã solide: nũc ex magnitudine operũ: nũc ex illustratiõe dictorũ: modo ex p̃silio vario: modo ex dispẽsationũ ꝓfundo: tũ ex tolerãtia passionũ: tũ ex claritate signorũ eximius laudator asseruit: vt nõ eũ depinxisse solũ: vel q̃si ad p̃bendũ rursus pfectionis exẽplũ q̃ a modo resuscitasse videatur. Mã cũ ab alijs ceterorũ merita laudant: vsitatũ q̃d clam solet atq̃ exile resonare: ꝛ velut in superficie circũuagãte sermone ꝓfitates ip̃e noibus magis suis ad ꝓmemorationẽ videnr venire q̃ rebus. Btũs autẽ Johãnes paulũ alti⁹ intuẽdo: dilucideq̃ in mediũ ꝓferẽdo: ip̃as mihi videt inspexisse venas: ac medullas ꝓfitatũ exp̃ssisse. Que ita oẽs in ista laudatione viuũt: ita floribus suis decorant ꝛ fructib⁹: vt eas ꝓpe nõ min⁹ ab hoc tã sublimit̃ explicatas: q̃ ab ap̃lo fortasse miremur. Q̃ quidẽ opus eo esse apud te amabili⁹ debet /ꝛ gratius: quo de sctãrũ scriptura q̃ luce rutilãs: clarissimi sideris vice: noctẽ manichei erroris exagitat. Quãtũ eni nobis cõsolationis exorit: cũ cernim⁹ tã erudito /tãq̃ illustri oriẽtis magistro! eã quã in nobis traducian⁹ oppugnat astrui ꝓfitatẽ. quã certe beat⁹ Johãnes vt in oibus libris suis: ita hic q̃ q̃ ab oñi munitã latere custodit / armat / accẽdit / vt videat nõ tã p̃ntes informasse discipulos: q̃ nobis cõtra vere fidei oppugnationẽ auxilia p̃parasse. Quãt⁹ eni ille aduersus necessitatẽ: q̃tus p libero surgit arbitrio. quã nostroq̃ libris vbiq̃ cõtinens: volũtatis iure ꝓfuato diuie gr̃e p̃sidia cõmẽdat: quã cõtra oim vitioq̃ tenebras: quã p cunctarũ speculo ꝓfitatũ splẽdidissimũ vas electionis opponit? Primo beatũ paulũ libello ꝛ oibus p̃ferẽdo sctis et angelis cõferẽdo. Scõo ex virtutib⁹ ei⁹ atq̃ sentẽtijs bonũ asserẽdo nature. Tercio eius charitatẽ p̃e cunctoq̃ salute feruentissimã cõprobando. Quarto de vocatione ei⁹: ꝛ cõfirmata vbiq̃ ab ipso euãgelij veritate dicẽdo. Quinto de passionib⁹ ei⁹: et dispensationũ varietatib⁹ disserẽdo Sexto soluẽdo oẽs illas q̃stiones quib⁹ traducianus os inuitẽs beatũ paulũ vitiorũ obfuscatione cõmaculat. Vt scz fidelib⁹ suis ap̃lico exẽplo pctã cõciliet. Septimo ignẽ zeli ei⁹ in x̃po. et añ honorẽ quoq̃ apostolat⁹ feruorẽ docẽdi supra ceteros efferẽdo vt satis liquido clareat extinctã esse pecãdi necessitatem quã aduersus manicheos ꝛ doctrina ap̃li depzeliat et vita. Verũ nos in tã egregij interp̃tatione operis et si nihil (vt puto) de sensuum veritate: nõ tñ pauꝛ de eloquij venustate perdidim⁹ splẽdorẽ tã nobilis stili: et elocutionũ gratiã exp̃mere nõ valẽtes. Sed ne sic quidẽ te istud iperasse peniteat. Meq̃ eni verendũ tibi est ne forte asperitate trãslationis offẽsus /lectionis huius careas voluptate: cũ quicq̃d nobis ex cultu defuit: ornatuq̃ verborũ: id totũ illi⁹ quẽ trãstulimus magnifica inuẽta cõpensent. Est eni sctus Johãnes tã clar⁹ tot⁹ /ac fulgid⁹: vt facile possit sẽtẽtiarũ suarũ lumie etiã int̃ nr̃i hmois nubila corruscare

¶ Incipit liber sct̃i Joãnis chrisostomi de laudib⁹ bt̃i pauli ap̃li. Omelia p̃ma.

NIhil p̃sus errauerit: q̃ p̃ratũ quoddã insigne virtutũ /ac paradisũ spiritalẽ / Pauli aĩm nũcupauerit. Tam multa eni gr̃a floruit: tãq̃ huic gratie cõgruẽte vite pfectione resplẽduit. Q̃m eni vas electiõis effect⁹ est: et bene semetip̃m emẽdare curauit. largissime in eũ spũs mun⁹ effusũ est: vnde et mirabiles nobis fluuios genuit. Nõ scõm paradisi fontẽ quattuor tm̃: sed multo etiã plures: et quotidie fluentes. Nõ terrã irrigãtes: sed aĩas hoim ad pducẽda virtutũ germina suscitãtes. Quis q̃ ad explicanda isti⁹ merita sermo sufficiet? Que autẽ lingua laudib⁹ ei⁹ inueniat̃ equalis: cũ oĩa q̃ sunt in hoib⁹ bona aĩa vna possideat: et ea cũcta plene / atq̃ cumulate: nec solũ hoim: sed etiã q̃ est amplius angelorũ? Mequaq̃ ergo pos⁹ ei⁹ explicare pconia. Mec tñ iccirco reticebim⁹: q̃n potius ꝓpter dicem⁹. Est eni hoc maximũ laudis gen⁹: cũ orationis copiã virtus superat /ꝛ magnitudo laudati Sicq̃ vinci multo est nobis gl̃iosius: q̃ sepe vicisse. Unde igit̃ oportuni⁹ laudũ ei⁹ sumam⁹ exordium? Unde inc̃p̃ incipiem⁹ aliunde nisi ab hoc ipso primũ: vt ostẽdam⁹ eũ bona oĩm possidẽtẽ? Siue eni ꝓphete potẽti⁹ in se aliq̃d ostẽderunt magisq̃ mirabile. siue patriarche: siue iusti: siue ap̃li: siue martyres. hec oĩa simul colligẽs Paul⁹ cũ tanto habet cumulo: cũ q̃to null⁹ eorũ bonũ quo excellebat /ipleuit hoc itaq̃ diligẽti⁹ intuere. Abel obtulit sacrificiũ et inde laudat̃. Sed si pauli hostiã adducam⁹ in mediũ q̃tũ celũ a terra /supior appebit Quẽ ergo vultis vt memorẽ? Nõ eni vna tm̃modo est. Siquidẽ semetip̃m p dies singulos imolabat. Quã tñ rursus hostiã dupliciter offerebat: tũ in corde /tũ in corpore suo mortificationẽ iesu sine intermissione circũferẽs. Mãr ad pericula iugiter parabat /cõsũmãs volũtate martyriũ: ꝛ naturã in se mortificãdo carnis. nihil min⁹ q̃ immolate deo hostie mun⁹ iplebat /imo etiã multo amplius. Non oues eni offerebat /aut boues: sed semetip̃m p dies singulos duplicit̃ (vt dixim⁹) imolabat. Propter qõ cõfitẽdo dicebat. Ego eni tã imolor: sãguinẽ vtiq̃ suũ imolationẽ vocãs. Meq̃ vero his tm̃ modo sacrificijs cõtẽtus fuit: sed q̃ bene seip̃m cõsecrauerat deo: etiã orbẽ vniuersũ studuit offerre. Qui terrã videlicz ac mare: greciã simul /atq̃ barbariã oẽm p̃sus (quãta est sub sole) regionẽ q̃si volitãs circuiuit. Non simplici labore velut inuacuum itinera percurrẽs sed pctorũ spinas pariter euellens: et verbũ seminans vbiq̃ pietatis: fugãs errores: veritatẽ reducẽs: ex hoibus factẽs angelos: quinimo ipsos hoies q̃si ex demonib⁹ angelos pduchẽs. Propt̃ qõ tã hic post sudores plurimos ac trophea innumerabilia trãsitur⁹ p discipulorũ p̃solatione dicebat. Sed et si imolor sup sacrificiũ et obsequiũ fidei nr̃e: gaudeo ꝛ cõgratulor oĩbus

Paul⁹ paradisus spiritalis.

Diuersa flumia ex aĩo pauli fluẽtia.

In paulo reperiunt oĩa bona virtutũ tã angelorũ q̃ hoim.

Paul⁹ pfectius obtulit deo sacrificiũ. q̃ abel.

vobis. Propter qđ et vos gaudete / ⁊ congratulamini mihi. Quidnā igit huic hostie reperiet eąle quā Paul⁹ gladio scti spūs īmolauit: quāq in illo altario obtulit: qđ supra celos locatū est? Sz abel dolo germani pcussus occubuit: atq hinc effect⁹ est clarior. Ut ergo inumeras tibi ostēdi mortes: tot vtiq quot etiā dies beat⁹ iste in p̄dicatione virit. Sin vero eā quoq vis nosse mortem q̄ nouissime etiā rebus ipleta est: abel quidē a fratre vt nichil a se leso: ita nullis affecto bñficijs interept⁹ est Paul⁹ vero ab eis est interfect⁹ quos innumeris malis cupiebat eripere: et propter quos sustinuit vniuersa mala q̄ passus est. Sed Noe iustus in generatione sua atq pfect⁹: et solus erat talis in cunctis. Sed ⁊ Paul⁹ solus iter oēs talis inuētus est /Et ille quidē se tantūmodo legit seruasse cū liberis: hic autē multo seuiore vndarū inundāte diluuio: nō archam coaptādo cōpagib⁹ tabularū: sed epl'as cōponēdo p tabulis: nō duos / vel tres / aut quinq cognatos: sed vniuersū p̄sus orbē mergi periclitantē: ex medijs fluctib⁹ liberauit. Nec ꝟo erat hec talis archa / vt vno circūferret loco: q̄ vtiq orbis terminos cōprehēdit. Nā vsq nūc omēs in hanc archā Paul⁹ inducit: quā certe capacem saluāde multitudinis pparauit. Que suspicies irrationalib⁹ pene aialib⁹ stultiores: imitatores efficit angelorū. Et hinc quoq illā vincit archā: qz illa quidē coruū recipiēs: coruū rursū emisit. Et includēs lupū. feritatē ei⁹ mutare nō potuit. Hic vero accipit res / miluosq suscipiēs: fecit colūbas. Et excludēs irrationabilitatē oēm atq feritatem māsuetudinē spūs introduxit. Manet hodieq hec archa nauigās: nec q̄ aliq̄ dissoluit: nec valet tabulas ei⁹ vlla malicie laxare tēpestas: q̄n poti⁹ ipsa tēpestatis motus nauigādo ppescuit. Qđ satis cōsequēter effectū est. Nō enim bitumine ac pice: sed sctō spū ei⁹ tabule sunt puncte. Sed abraham mirant oēs: qz cū audisset abrahā exi de terra tua et cognatiōe tua: et domos relict / et patriā: ⁊ amicos / atq cognatos. quorū oīm iacturā solo diuini amoris p̄cepto pēsabat. Nā et nos eū ppterea miramur. Sed q̄d paulo possit equari q̄ nō modo patriā. cognatos ac domū: sed ipm quoq mundū reliquit: imo etiā celū et celi celi. Et hec oia xp̄m suscipiēdo despexit vnū p cunctis illud et solū id est xp̄i charitatē req̄rens. Neq p̄sentia inct: neq futura: neq altitudo: neq pfūdū: neq creatura alia poterit nos separare a charitate dei q̄ est in xp̄o ie su dño nr̄o. Sed abrahā in periculū seipm tradēs hostib⁹: filiū fratris eripuit. At Paul⁹ non fratris filiū: neq tres aut quinq vrbes: sed orbē vniuersū de ipa diaboli extorsit manu. inumerabilia per dies singulos pericula sustinēdo: pp̄ijsq mortib⁹ maximā securitatē alijs cōparādo. Caput bonoꝝ est: qđ filiū voluerit imolare. Sed hec quoq iueniemus paulū p̄mas partes tenentē: qui nō filiū sed semetipm (vt dixi) mille imolauit. In ysaac quidē aliqs āmirat: et alia quidē plurima sed p̄cipue patiētiā. Qm̄ puteos fodiens: et de pp̄rijs exagitat⁹ laborib⁹ minime resistebat: sed factos a se puteos obrui patiebat: atq ad aliū semp migrabat locū. Neq collecta suorū manu in aduersarios irruebat: sed pp̄ria possessione vbiq cedebat / quoadusq illorū iniquissimā expleret cupiditatē. At Paul⁹ nō puteos cernēs lapidib⁹ obrutos: sed pp̄riū corpus non solū sicut ille cedebat: sed eos etiā a quib⁹ lapidabat incestū studebat euehere. Quāto enī ampli⁹ obruebatur iste fons: tanto erūpebat magis ac plures ex se fluuios effundēdo manabat. De longanimitate atq patiētia hui⁹ filiū Jacob scriptura mirat. Et q̄ nā illa est tā adamantina p̄orsus aīa q̄ pauli patientiam possit imitari? Neq enī bis septē annoꝝ: sed totius vite seruiciū p spōsa ptulit xp̄i: nō adustus solū estu diei / et noctis gelu: sed tentationes mille perpetiens. Et nūc quidē verberib⁹: nūc vero lapidibus scissus: atq collisus. Et modo quidē bestijs: modo aūt fluctib⁹ pugnās: modo etiā nimie atq cōtinue reluctās fami dieb⁹ ac noctib⁹. Et inter certamina vbiq p̄siliens: captas oues ex diaboli faucib⁹ abstrahebat. Sed Joseph pudicitie virtute decorat⁹ est. Et ego vereor ne iā ridiculū sit huic paulū laudare q̄ semetipm mūdo crucifigens: ita nō solū humanoꝝ corporū pulchritudines: sed oia etiā que videtur rebus clara ac decora cernebat. quēadmodū nos faullā cinerēq despicim⁹. qui quasi mortuus p̄sus ad mortuū īmobilis pmanebat. Itaq cū tāta animi cura p̄rimeret incētiua vitiorū et nature nihil humanū ad alia quē aliq̄ perpessus est. Stupēt certe Job omēs hoies et valde vtiq cōsequēter. Est enī ille athleta mirabilis: ⁊ q̄ paulū ipm velut ex aduerso possit aspicere ob patiētiā puritatēq vite: ob testimoniū dei: ppter illā fortissimā cū diabolo pugnā: propter victoriā que pugnā secuta est. Et Paul⁹ nō mēsibus tm̄: sed annis plurimis in agone pdurās tā clarus emicuit. Nō terre gleba saniē carnis radens: sed in ipsius intelligibilis os leonis frequēter incurrēs /Et pugnās aduersus tētationes innumeras: oīm erat lapide tolerātior. Quinon a trib⁹ et quattuor amicis. sed a cūctis infidelib⁹: a falsis etiā fratrib⁹ / obprobria sustinebat: cōsputatus ab oibus atq maledict⁹. Sed illius erat magna hospitalitas et cura parentū siue pauperū. Nec nos quidē istud negam⁹: sed pauli eā liberalitate inferiorē docem⁹. Et tāto inferiorē q̄to anima est corpus inferius. Quā enī ille curā impēdebat carne debilibus: hanc iste anima morbidis exhibebat. Nūc mētis sensibus claudicātes dirigendo: in recti itineris incessu: nunc nuditate deformes. stola celestis philosophie vestiēdo. In corpalib⁹ quoq bñficijs tāto iste superabat q̄to est ampli⁹ in fame et egestate viuentē indigētib⁹ ferre p̄sidiū q̄ id ipm̄ de diuitijs affluētia ministrare. Nā illius quidē oīm aduenientī aperiebat dom⁹. Paul⁹ vero aīa vniuerso patebat orbi: ac fideliū populos benigne mētis recipiebat hospicio dicēs. Nō angustiamini in vobis: angustiamini ꝟo in viscerib⁹ vestris. Et ille q̄dē cū boues ac oues haberet inume- Job.i.
ras: erat in paupes liberalis. Hic ꝟo nihil ampli⁹ corpe suo possidēs. de hoc ipso sufficiēter indigētib⁹ ministrabat. Qđ alicubi ipe p̄morās necessitatib⁹ (inct) meis: et bis q̄ mecū erāt mistrauerūt man⁹ iste. Corpis enī sui operā velut ex q̄dā possessione fruct⁹ esurientib⁹ deputabat. Sed vermes videlicet ac vulnera seuosq atq intolerabiles sctō Job iferebat dolores. Et ego fateor. Sed si p tā multos ānos pauli ꝟbera et cū iugi fame etiā nuditatē: cathenas: carcerē: insidias: piculaq p̄sidares. q̄ a domesticis / ab extraneis / a tyrānis: a toto postremo patiebat orbe: addas huc etiā bis p̄fecto amariora id est p eis q̄ labebant dolores solicitudinē: quā p ecclijs oibus vstionē quā p scādalizatis singulis p̄ferebat. Videbis q̄ oīm erat saxo durior aīa ista perpetiēs et ferrū atq adamantē firmitate superabat. Que enim Job corpore:

q̄ passio apostoli fuit magis meritoria sibi q̄ occisio abel ipsi abel.

Paul⁹ pfectius gen⁹ hūanū ex medijs fluctibus liberauit q̄ noe.

Gene. viii.

Paulus sua doctrina aialia ferocia fecit mitia.

Gen. xii.

Paulus oia reliqt q̄ abrahā.

Nō solum vt abrahā paul⁹ filiū frīs ab hostib⁹ eripuit ꝫ vniuersū orbē de ipsa diaboli manu extorsit.

Maior in paulo q̄ in isaac patiētia.

Joānes Chrisostom⁹ de laudib⁹ bti Pauli.

hec paulus mēte sustinuit: quē omni ferme molestior de singulis quibuscz labētib⁹ mestitia cōsumebat. Unde ⁊ iuges lachrimarū exeo fōtes nō diebus solū sed etiā noctib⁹ effluebāt: omicz mulliere parturiēte vehemēti⁹ affligebat in singulis. Propter qō etiā dicebat. Filioli mei quos iterū parturio. Quē vero iā quispiā post iob putet esse mirabilem: Moysem pfecto. Sed hūc etiā Paulus satis eminēti virtute trāscēdit. Cui⁹ q̄dē multa sūt alia preclara: sed caput sctē illi⁹ aīe atcz fastigiū ē. qm̄ pro iudeoz salute deleri elegit e libro. Sed moyses cū ceteris optauit pire paulus p ceteris. Non enī cū pereūtib⁹ pire voluit: sed vt saluarentur alij ipe de gl'ie eternitate decidere. Et ille quidē pharaoni: ille aūt diabolo quotidie repugnabat. Et ille p vna gēte: iste vero p vniuerso orbe certauit: nō sudore: sed sanguie vice sudoris vndicz pfluente eū nō solū habitabiles mūdi ptes: verūetiā deos ad cultū religiōis adduceret. Nec solū grecoz̄ pp'os: verū ⁊ barbaroz̄. Poterā quidē ⁊ Jesū nane/⁊ Samuel/⁊ alios pphas in cōparationē vocare: sed ne sermonē faciā lōgiorē: ad ipa eoz̄ capita cōscēdā. Cū enī istis excelsior apparuerit nulla p⁹ sus de alijs ambiguitas reliquet. Quinā ergo emi nētiores vidētur? Quis post hos alius nisi dauid: ⁊ Helias ac Joannes: quoz̄ vn⁹ prioris alter secūdi est p̄cursor aduētus? Propter qō etiā nois coīone cōiūcti sunt. Quid igīt in dauid precipuū repitur? Sine dubio hospitalitas: atcz erga deū feruēs amor. Et quis ampli⁹? imo quis ita vt aīa Pauli hec vtracz cōpleuit? Ammirādū autē in helia ego minime reor q⁹ celū clausit: q⁹ induxit famē: quia ignē de celo sermone cōposuit. Sed q⁹ celauit pro deo: eratcz in hoc mētis affectu ipo igne vehemētior. Sed si pauli zelū diligēter inspicias: tāto eū i uenies excelsiorē q̄to ille pphetis ceteris eminebat. Quid enī illis verbis repiaē eq̄leq̄ gl'ie dñi zelādo dicebat: qm̄ optabā esse anathema pro frib⁹ meis qui sunt cognati mei scom carnē. Propterea a celis sibi ppositis: ac p̄mijs/⁊ coronis tardauit ac distulit dicēs Permanere aūt i carne necessariū ppter vos. Propterea nō solū ista q̄ cernit. sed illā quoq̄ q̄ intelligit creaturā nequacz̄ sufficere sibi credidit ad ostēdendū zelū ⁊ charitatē q̄ ardebat in xp̄m. sed etiā aliā q̄ nō ē sermōe formauit. vt qō tota volūtate cupiebat exp̄imeret. Sed ioannes in cibum locustas: ⁊ mel siluestre sumebat. Sed paulus ita in medio mūdi stre pitu: quemadmodū ille in heremo quiete versatus est. Nō q̄dez pastus locustis: aut melle siluestri: multo autē his victu viliore p̄tētus: ac necessario quidē indulgēs cibo: p̄e feruēti p̄dicādi studio. Cui⁹ illi⁹ aduersus herodē apparuit magna pstātia. et iste nō vnū aut duos/aut tres: sed inumeros in sublimi positos ptāte corripuit: immo lōge illo seuiores tyrannos. Restat vt paulū iā angelis cōparem⁹. Jdeocz relinquētes terrā etiā celoz̄ fastigia trāseam⁹: sed null⁹ sermonē nr̄m accuset audacia. Si enī ioannē ⁊ sacerdotes dei scriptura angelos noīauit: q̄d mirū si p̄stātiorē oīb⁹ paulū illis virtutib⁹ cōferam⁹? Quid ergo esse in angelis magnificū p̄dicamus? Profecto q⁹ cū oī cura obediuit deo. Nō dauid quocz̄ āmirādo dicebat. Potēs virtute facietes verbū ei⁹. Huic enī bono p⁹sus nihil est eq̄le eē etiā si sint milies incorporei. Hoc ē enī q⁹ maxime eos p̄stat beatos: q⁹ obediunt p̄ceptis dei. q⁹ eū in nullo aliq̄ cōtēnūt. Hoc igīt ⁊ i paulo plene aīaduerti potest: cū oī diligētia ⁊ cautiōe seruatū. Nō solū aūt sermonē ei⁹ impleuit: verūetiā p̄cepta sup̄acz̄ p̄cepta. hoc q̄ppe declarās ait. Que ē ergo merces mea? Ut euāgeliū predicās sine sūptu ponā euāgeliū dei. Quid vero aliud in angel' ppheta mirā? Qui facit (inq̄t) angelos suos spiritⁿ⁹: ⁊ ministros suos ignē vrentē. Sed hoc etiā in paulo possum⁹ inuenire: q̄ velut ignis ac spūs totū terrarū percucurrit orbē: p̄currēdocz̄ purgauit Sed necdū celū iste sortit⁹ est. Et hoc est oīno mirabile: q⁹ talis versabā in terris: ⁊ mortali adhuc carne circūdat⁹ cū incorporaliū ptātū virtute certabat. Quāta ergo nos sum⁹ p̄denatiōe digni cuz vno hoie bona oīa in se cōgregāte: ne minimā q̄dē eoz̄ ptē studeam⁹ imitari. Hec assidue mēte volue tes: ⁊ nosipos inculpabiles p̄bebeam⁹: ⁊ ad illi⁹ zelū studeam⁹ accedere: vt ad eadē bona pueīre mereamur: ⁊ mīsericordia dñi nr̄i iesu xp̄i: cui gl'ia ⁊ imperiū in secula seculoz̄ amē.

Omelia Secunda.

Quid sit homo/⁊ quāte nature nr̄a nobilitas: quātecz̄ capax virtutis hoc aīal: p̄cipue ex oīb⁹ paulus ostendit. Qui nūc stetit aduersus crīmiatores humane creature clarissima p⁹o deo voce respōdēs: cohortās ad studia virtut⁹ ⁊ impudētissima blasphemātiū oza p̄cludēs. Docēs quocz̄ q⁹ inter angelos hoiesq̄ nō grāde sit mediū: si tñ nosipos diligēti⁹ extollamus. Non enī aliam sortitus est ille naturā nec dissimilem nactus aniam: necz̄ alterum habitans mundum: sed in eadem terra: eademcz̄ regione: sub eisdem ⁊ legibus nutritus: et moribus cūctos q̄ nūc vel sūt hoies vel fuerūt alti⁹ virtute trāscēdit. Ubi igīt nūc illi sūt q̄ vitia i p̄cliuo: virtutē in arduo collocarūt? hic enī illis palā repugnat dicēs. Nō enī in p̄ūti ē mōmētaneū ac leue tribulatiōis nr̄e supra modū in sublimitate eternū nob gl'ie pōdus opat. Si aūt huiusmodi tribulationes inueniūtur leues: q̄tomagis de q̄ in nobis sūt voluptates. Necz̄ vero hoc solū in illo mirabile ē: q⁹ p̄e abūdātia deuotiōis quodāmodo nō sensit dolores p virtute susceptos: sed etiā q⁹ virtutē ipaz nec mercede pēsauit. Nā nos q̄dē ppter eā nec p posita mercede certam⁹: quā ille cōplectēs etiā sine p̄mio diligebat/cūcta illa q̄ aspitate sui videt impedire virtutē cū oī magnanimitate ppetiens. Qui necz̄ infirmitatē corporis/necz̄ multitudinez circūstātiū vndicz̄ negotioz̄: necz̄ tyrānidē nature nec quicq̄ aliud causat⁹ est: cū vticz̄ maior illi q̄ cūcti ⁊ milicie p̄cipib⁹ ⁊ regib⁹ terre esset cura commissa. Sed quotidie celsior q̄tidie assurgebat ardētior: ⁊ intētatis sibi picul' noua semp alacritate pugnabat. Jdeocz̄ significans dicebat. Eoz̄ q̄ retro sūt obliuiscēs: ad ea vero q̄ prioza sūt extēdēs me. Qui cū sibi morte iā imminētē videret/ad cōmunionē delectationēcz̄ gaudij alios ꝓuocabat dicēs. Gaudete ⁊ cōgratulamini mihi. Ac picul' i iurijs/obprobrijsq̄z̄ ppositis rursus exultat. et corinthijs scribēs ait. Placeo mihi in infirmitatib⁹ meis: cū vticz̄ hec ipa eē diceret arma iustitie: ostēdēs hic sibi fructū maximū p̄uenire. Jtacz̄ cū iter medias inimicoz̄ versarek insidias: ouās tñ de oīeoz̄ referebat impugnatiōe victorias. ⁊ vbicz̄ scissus verberib⁹: affect⁹ iniurijs atcz maledictis/q̄si triūphales pōpas ageret: crebracz̄ trophea strueret oznabat/gr̄asq̄z̄ referebat deo dicēs. Deo autē gr̄as: q̄ semp triūphat nos. Jtacz̄ ad p̄fusionē ⁊ iniurias q̄s ob p̄dicādi studiū sustiebat: magisq̄z̄ ad bonoz̄ oblectamēta ꝓperabat: mortis poti⁹ q̄z̄ vi-

Sala. iiii.
Moyses posterior est ipo iob Moysem paul⁹ emi nēti ⁊tute transcēdit
Paul⁹ optauit deleri de libro vite moyses tm̄ cū ceteris pe rire.
Paul⁹ dō helye ⁊ iohāni bap tiste p̄ferk.
Paul⁹ angelis vēit cōparād⁹.
Obedire deo pfecte āgelos maxime p̄stat esse btōs.
i. Cor. ix.
Paul⁹ cū ctos hoies et p̄tes et futuros virtute trā scendit.
ii. Cor. iiii.
Sicut aduersitates tpales cē sende sunt parue sic ⁊ voluptates mūdane ne ſpectu eternaz̄.
Paulo maiorerat cura ꝓmissa q̄z̄ p̄ncipib⁹ vel regibus.
Paul⁹ delectabat i suis afflictiōibus.
ii. Cor. xii.

Paul⁹ optabat pauperta-tē et alia aduersa vehemētius q̄ bonies mundales ad spera.

te desiderīū appetēs pauptatē q̄ opulētie: ⁊ multo amplius laborē desiderās: q̄ alij requiē post labozē. ac merozē magis eligēs q̄ alij voluptatē. studiosius p̄ inimicis ozās q̄ alij aduersū inimicos. Cōuerterat enī ozbē terrarū: imo nos eū vere pertim⁹. Ab illo aūt sic est custodit⁹ q̄ ē admoduz a deo fuerat īstitut⁹. Illa enī oia q̄ appetebant a paulo nature cōgrua. Hec vero q̄ idē ille fugiebat cōtraria iudicantur. Unde īstud p̄bari potest: Oz hō vtiq̄ cū esset paulus ad illa tñ magis q̄ ad ista currebat. Unū enī illi formidādū erat atq̄ metuēdū: offensa nimiq̄ dei: nec q̄cquā aliud oīno. Ergo

Paul⁹ solū desiderabat placere deo.

ne desiderabile illi aliud erat: nisi placere sēp̄ dozmō dico aūt qz nihil p̄ītū desiderabat: sz nec ipo rū aliq̄d futuroꝝ. Mō enī mihi dicas vzbes ⁊ gentes /exercit⁹ /pecunias /puicias /ptātes. Hec enī ille nec q̄si aranearū fila reputauit: sed eaīpa pene q̄ p̄mittunt in celis. ⁊ tūc ei⁹ ardētē in xp̄o amoꝛez videbis. Hic siquidē p̄e illi⁹ dilectiōe nō angelorū: nō archāgeloꝝ: ammirat⁹ est dignitatē: nec q̄cquā hoꝝ simile cōcupiuit. Ob eniz erat mai⁹ oīb⁹ xp̄i amoze fruebat: cū hic beatiozē se cūctis putabat: sine hoc aūt nec dīnatuū: nec p̄cipatuū sōcius esse cupiebat: sed cū hac dilectiōe magis esse

Sūmū putabat incōmodum a charitatez dei dilectione p̄uari.

vel extrem⁹ optabat: imo etiā ex numero punitoꝝ q̄ sine hac inter sūmos ⁊ honoze sublimes. Hoc ei erat illi maximū ac singulare tozmētū: ab hac charitate discedere. Hec illi erat gehēna. Hec sola pena: hec infinita ⁊ intolerāda supplicia. sicut etiā p̄ frui charitate xp̄i. Hoc illi vita. hoc mūdus: hō angelus: hoc p̄ītia: hoc futura: hoc regnū: hoc p̄missio: hoc bona videbant inumera. Preter hō vero nihil in trīstiū parte ponebat. Hoꝝ enī q̄ hic habētur nihil aspū /nihil etiā suaue reputabat. Sic despiciebat vniuersa q̄ cernim⁹: vt solet herba iā putrefacta cōtēni. Tyrānos vero ac pp̄os spīrates furozē: velut quosdā esse culices estimabat. Mortē vero ac cruciat⁹ ⁊ mille supplicia q̄si ludū putabat esse puerozū: dūmodo p̄pter xp̄m aliq̄d sustinebat vinctus cathena: magisq̄ vero diademate cō

Paulus mortem reputabat ludū puerorum.

ronat⁹. Et enī cozonat⁹ carcere habitabat celū: ac libēti⁹ verbera excipiebat ⁊ vulnera: q̄ alij brauia diripiūt ⁊ dolozes: nōmin⁹ q̄ p̄mia diligebat: cū ipos vtiq̄ dolozes loco duceret p̄miozū. Propter ea enī illos etiā grām noiabat. Quē sensū diligen

Phili.i.

ter expēde. Premiū certe erat dissolui ⁊ esse cum xp̄o: permanere aūt in carne: certamē. Sed tñ p̄pter xp̄i desideriū p̄mia differebat cupiditate certaminis: idq̄ magis necessariū eē dicebat. Et regione vero anathema a xp̄o fieri certamē erat ⁊ dolor: magis aūt supza certamē: supzaq̄ oēm dolorē At vero esse cū xp̄o: erat p̄miū singulare. Paul⁹ tñ p̄pter xp̄m illud maluit q̄ istud eligere. Sed p fecto dicat hic aliq̄s: qm̄ hec oia p̄pter xp̄m suauia esse dicebat. Hoc plane etiā ipe cōfiteoꝝ: qm̄ q̄ nobis sūt causa trīstitie: hec illi pariebāt maximaz voluptatē. Et q̄d ego pericula /erūnasq̄ cōmemoro? In merozе enī maxīmo ille versabat: p̄p̄ qō

ii. Cor. xi.

dicebat. Quis infirmat ⁊ ego non infirmoz? Quis scādalizat ⁊ ego nō vroz? Et si in merozе quoq̄ dicat q̄s messe aliq̄ voluptatē: multi enī illoꝝ q̄ filiorū mortib⁹ vulnerant aliq̄d cōsolationis accipiūt

Paul⁹ in suis doloribus ⁊ afflictionib⁹ cō solabatur.

cū suis fletib⁹ relinquūtur magisq̄ dolēt cū dolere p̄hibentur. Sic et paulus nocte ⁊ die cōsolatione accipiebat ex lachrimis. Nullus siquidē tā certo affectu mala p̄pria q̄ ille deflebat aliena. Quē admodū enī illū opinaris afflictū: cū p̄ditionē deflieret. Qui vt illi salui fierēt: a celoꝝ gl̄ia cupiebat excludi. Et hoc vnde manifestū est? Oz scz non saluari nos multo acerbi⁹ estimabat: q̄ semetip̄m pire. Aut si nō acerbi⁹ nunq̄ aliud optasset qō vtiq̄ q̄si tolerabili⁹ elegit. Qui cū certe spe maxima futuri p̄mij pasceret: nō p̄functoꝛie aliud optabat: sed clamabat dicēs. Qm̄ tristitia est mihi magna ⁊ cōtinu⁹ dolor cozdi meo. Hūc ergo ⁊ de singulis (ita vt dixerim) habitatoꝛib⁹ mūdi tā vehemētē dolorē ⁊ in cōmune p̄o cūctis ⁊ gētib⁹ videlicet et vrbib⁹: ⁊ p̄ vnoquoq̄ peculiariter lamētātē: cuina rerū aliq̄s poterit p̄parari. Cui ferro? Cui adamāti? Quidnā illā aliq̄s appellet animā? Auream ne magis an adamātinā? Mā ⁊ oī erat adamāte fortiozi: ⁊ auro gēmisq̄ p̄cioſioꝛ. Et alterā quidē materiā firmitate: alterā vero supabat p̄ciositate. cui igīt rei hec ab aliquo aīa cōparet? Earū quidē q̄ sunt oīno nulli. Oō si vel auro adamāti fortitudo: vel adamāti honoz daret auri: tūc forte aliq̄modo cōparatio ei⁹ pauli posset aīe cōuenire. Sz q̄d ego adamātē ⁊ aurū ad similitudinē adduco pauli? Mūdū si e diuerso appēdas oēm: etiā tūc videbis apte Paulū vergere pōdus examinis. Si enī de his q̄ in melotis ⁊ specub⁹ in exigua ozbis pte versant hoc dictū est: q̄ magis nos dicim⁹ paulū mūdo ⁊ oīm q̄ in mūdo sūt dignioꝛē. Si igīt etiā mūdus eo dign⁹ nō est: sit forte vel celū. Sed istud quoq̄ īuenīt inferi⁹. Si enī iste nō celū solū: sed etiā q̄ habent in celis dei postposuit charitati: quō non magis dīs qui tāto est benignioꝛ paulo: quāto malicia bonitas antecellit innumeris eū celis iudicat dignioꝛē. Mō enī nos tñ diligit de⁹: quātū a nobis ipse diligit. sed tāto effusius: quantū ne sermo quidē sufficit explicare. Cōsiderem⁹ ergo quātis illū honoꝛib⁹: etiā ante tēpus resurrectiōis extulerit. In paradisum rapuit: in celū tertiū subleuauit: ineffabilis archā fecit esse participē: taliūq̄ misterioꝝ cōscitū: q̄ nulli hoīm fas fuerit cōfiteri. Nec imerito. Siquidē paulus ī terra gradiēs sic se agebat in cunctis: q̄si angeloꝝ societate frueret. Mā passibili adhuc coꝛpoꝛi colligat⁹ illoꝝ p̄fectione gaudebat. Tātisq̄ fragilitatib⁹ subdit⁹ in nullo inferioꝛ supnis virtutib⁹ apparere certabat. Mā ⁊ tanq̄ pēnat⁹ totū docēdo p̄olauit oꝛbē ⁊ velut incoꝛpoꝛeus laboꝛes piculaq̄ cōtēpsit: ⁊ q̄si iā celū possidēs cūcta p̄sus terrena despexit: ⁊ tanq̄ cū ipis iā incoꝛpoꝛeis virtutib⁹ degeret: ita iugi mētis intētione vigilauit. Et angelis quippe sepe diuersaruz gētiū cura cōmissa est. sed null⁹ illoꝝ ita creditū sibi pp̄m gubernauit: vt paulus vniuersū gubernauit oꝛbē. Nec vero dicas qz hec non p̄ficiebant a paulo. Hoc enī etiā nos fatemur. Sed si nō ipe erat qui cūcta cōplebat: nequaq̄ tñ ab eoꝝ opū laudib⁹ separat. Oz vtiq̄ dignū se tāte gr̄e p̄parauit: p quā tā magnifica ⁊ gloꝛiosa p̄ficeret. Michaeli gēs cōmissa ē iudeoꝝ. Paulo vero terre /ac maria /atq̄ vniuersi oꝛbis habitatio: ip̄mq̄ desertū. Et hec nō ad iniuriā (q̄d absit) dicim⁹ angeloꝝ: sed ostēdim⁹ esse possibile illis hoiem copulari: ⁊ xtaq̄ illoꝝ merita p̄sistere. Cuius aūt rei gr̄a non angelis pot⁹ hec p̄dicatiōis cura p̄missa ē: vt nullū scilicet excusationis colorē deses inueniret: ac negligēs: ac ne tu ad diuersitatē nature cōfugeres dormiēdo. Deinde vt tāto etiā maioꝛ operū ammiratio nasceret q̄to de natura inferioꝛe p̄cederēt. Quo enī nō ammirabile hoc atq̄ improuisum videt: cū ex terrena lingua sermo p̄siliens mortē fugat: peccata dissoluit: tenebras cecitatis illumiat:

Paul⁹ deflebat alioꝝ perditionem.

Ro. ix.

Paul⁹ ad amāte fortioꝝ ⁊ auro p̄cioſioꝝ

Paul⁹ digniοꝛ celo

De⁹ paulū his honorauit bonis.

Paul⁹ in terra vitā duxit angelicam.

Paulo maioꝛ hominū cura cōmissa ē q̄ angelis

Joánes Chrisostom⁹ de laudib⁹ bt̄i Pauli.

a

ii. Thi. iiii.

t mutatiõe mirifica: terrã cõuertit in celũ. Propt hoc igit stupeo virtutẽ dei: ppter hoc ãmiroꝛ pm ptũ animũ pauli: qñ se talẽ studuit exhibe qñ tã te se gr̃e capacẽ parauit. Vos aũt rogo vt nõ mire mini solũ: verũetiã imitemini tã clarũ hoc virtut exẽplũ. Sic nãq; poterim⁹ cozonarũ ei⁹ esse parti cipes. Qõ si aliqs nos dixisse mirat qꝛ q̃cũq; habuerit pauli merita eadẽ sit habitur⁹ t pmia: ip̃m audiet ista dicentẽ. Certamẽ (inqt) bonũ certaui: cursũ cõsũmaui: fidẽ seruaui. De cetero reposita ẽ mihi cozona iustitie quã reddet mihi dñs i illa die iustus iudex. Nõ solũ aũt mihi: sed t oib⁹ q̃ diligũt aduẽtũ ei⁹. Vides certe vt cũctos in eãdẽ gr̃ie cõmunionẽ vocet? Oꝛ igit oib⁹ eadẽ cozona posita ẽ studeam⁹ oẽs digni illis bonis q̃ pmissa sunt inue nire. Neq; solũ magnitudinẽ atq; eminẽtiã in illo debem⁹ cõsiderare virtutũ: t pmptũ illud animi ei⁹ atq; robustũ: p qõ ad tãta meruit gr̃am puenire sed t nature societatẽ p quã nobis in cũct illo participat. Et sic etiã q̃ valde sunt ardua: facilia nobis videbunt ac leuia. Breuiq; hoc tpe laborãtes incoꝛruptibilẽ illã gestabim⁹ atq; immortalẽ cozonã gr̃a t mirificozdia dñi nr̃i Jesu xp̃i cui est gl̃ia t imperiũ in secula seculoꝛ. Amen.

Omelia Tertia.

i. Coꝛ. iiii.

Epḥe. v.

Esse imitatoꝛẽ dei.

Casus p̃ci pue deo sacit hoies similes.

Mat. v.

Nemo tm̃ q̃tũ paul⁹ dilexit p̃ximos suos. siue amicos siue inimicos. Paul⁹ afficiebat erga suos p̃secutoꝛes sicut p̃ indulgẽtissim⁹ pater erga filiũ frenesi tactũ.

Ro. x.

Ro. xi.

